

LE CHIESE RURALI
DI
S. LUCA, S. VITO E DI S. CHIARA
IN ALBARO
E DELLA
PARROCCHIALE DI S. GIACOMO AP.
IN CORNIGLIANO LIGURE
PRESSO GENOVA

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Faint, illegible text in the middle of the page.

Faint, illegible text in the middle of the page.

Faint, illegible text in the middle of the page.

Faint, illegible text in the middle of the page.



I.

S. LUCA D'ALBARO

I.

CESSIONE DELLA CAPPELLA AI FRATI.

LA bella e pittoresca regione di Albaro, posta a breve distanza da Genova, come ai di nostri, così nei tempi andati venne scelta dai ricchi cittadini a luogo di riposo e di solazzo nei caldi mesi della state, e per gli ozii campestri dell'autunno. I patrizii nostri v'innalzarono qua e là così frequenti e sontuosi palagi, ville e giardini di tanta magnificenza e amenità, che per poco non diresti aver voluto rivaleggiare in arte e grandezza gli antichi romani; per quanto il consentiva lo spazio, che dalle falde degli erti monti curvandosi, or in sinuosità profonde, ora in aperti valloncelli stendendosi, si prolunga sino a lambire le acque del mare.

Un territorio così delizioso e vasto non difettò di sacri templi, e i villeggianti d' allora non furono pigri in erigere e dotare, a più riprese e in siti diversi, nuove cappelle o chiesuole a far paga la brama di coloro che, pur godendo gli onesti comodi della vita, sentivano il dovere di non trascurare le pratiche della religione.

Fra le tante che un dì vi sorsero, e delle quali poche oggidì ancora esistono, contavansi le chiese di s. Luca, e di s. Vito, delle quali impendo a narrare l' origine, le vicissitudini e la avvenuta demolizione; quasi membri o rami innestati all' albero che fu il convento di S. M. di Castello, e da cui vennero a forza divelti all' epoca nefasta dei rivolgimenti politici nello scorcio del passato secolo. Mi spinge alla fatica il desiderio in me vivissimo che non vada perduto il bel numero di documenti raccolti all' uopo, utili all' ecclesiastica storia genovese generale, e in particolare alle case state un tempo dipendenze del prememorato cenobio. Comincerò dalla più lontana.

Da un decennio, o poco più, eransi i domenicani dell' osservante Congregazione di Lombardia stabiliti nel nuovo convento di S. M. di Castello in Genova, e colla esemplare loro condotta e fruttuosa predicazione attirato avevano a sé gli animi e la generale compiacenza dei cittadini, sì che questi andavano a gara di giovare loro in ogni guisa, ed estendere il campo delle virtuose opere di quelli.

Venne allora in pensiero a taluni villeggianti di s. Luca d' Albaro d' averli presso di sé ad officiare la patronale loro cappella: e cinque di essi, i più notabili forse,

Pelegro Promontorio, Pietro De-Marco, Marco Cassina, Lorenzo Poggi e Quirico Albaro, cittadini tutti di Genova, in nome proprio e dei principali possidenti o abitanti del luogo, versando ciascuno una quota, ebbero deciso d'acquistare un capace terreno circostante la chiesuola suddetta, affine di cederlo ai frati, e quivi erigere un piccolo convento dell'Ordine.

Ciò accadde il 19 maggio 1457, in cui mediante l'assegno di otto luoghi sul banco di s. Giorgio, gli stessi signori ottennero da Francesco Castelletto, precettore dell'ospizio dei lebbrosi di s. Lazzaro in Genova, la vendita ossia cambio della terra, vignata e alborata, che cingeva in parte la cappella di s. Luca evangelista, ufficiata in quel tempo dai Servi di Maria. E il medesimo giorno i cinque prenommati firmarono un secondo atto notarile, col quale donavano la terra pocanzi comperata, non che una casa e altra sdruscita casetta in essa esistenti, a Bartolomeo Luxoro e Filippo Cassina, procuratori e rappresentanti dei domenicani di Castello.

Questi dal canto loro promettevano destinarvi alcuni religiosi tutto l'anno, celebrar una messa quotidiana l'inverno, e due ovvero tre nella state, a comodo dei villeggianti. Una condizione fu posta dai donatori: che i frati, se annuenti, si facessero le spese della spedizione della bolla pontificia concessiva dell'acquisto; se ricusanti, la villa tornasse in balia dei compratori. Tutto ciò ricavasi dalla carta che segue:

(N. 1)

(19 maggio 1457)

In nomine domini amen. Egregii viri Pelegrus de Prementorio, Petrus de Marco, Marcus de Cassina, Laurentius de Podio et Quiricus de Albario, cives Ianuenses, vicini, habentes possessiones,

habitantes seu commorantes estivo tempore in villa seu contracta s. Luce de Albario, Ianuen. dioc., eorum propriis nominibus, et nomine et vice omnium aliorum concivium et vicinorum suorum, etiam terras et possessiones habentium, seu commorantium in dicta villa seu contracta s. Luce de Albario, et pro quibus aliis civibus et vicinis absentibus, ipsi Pelegrus, Petrus, Marcus, Laurentius et Quilicus, eorum propriis nominibus, de rato et solemnī ratihabitione promiserunt et promittunt infrascriptis sindicis et procuratoribus infrascriptorum dominorum, prioris, fratrum et conventus B. M. de Castello, Ianuen. presentibus, et mihi notario infrascripto, tamquam etc. se facturos et curaturos ita et taliter cum effectu, quod dicti alii cives et vicini, absentes, infrascriptam donationem, applicationem et assignationem, ac omnia et singula infrascripta, et in presenti instrumento contenta, ratas, gratas et firmas etc. perpetuo habebunt et tenebunt etc. Sub ipotheca etc.

Scientes et advertentes sese ipsos Pelegrum, Petrum, Marcum et socios superius nominatos suis et dictis nominibus, nuper in modum permutationis et cambii emisse et seu acquisivisse, et in eos alienatam seu translata fuisse a ven. viro Francisco de Castelleto, preceptori, et infirmis seu leprosis domus, mansionis et hospitalis s. Lazzari in suburbiis Ianue, quamdam terram seu possessionem, cum domo una et alia domuncula diruta in ea superposita, vineatam et arboratam ficibus, castaneis et aliis diversis arboribus, sitam in villa Albarii, Ianuen. dioc., in contracta ecclesie s. Luce dicti loci Albarii, cui coherent antea via publica, ab uno latere ecclesia, terra et possessio s. Luce predicti de Albario, ab alio latere terra Francisci de Nazario, retro terra quedam ecclesie seu conventus predicti B. M. Castello, quam conducere solebat q. Percival de Saulo, et si qui alii veriores sunt confines; et hanc nominatim et pro pretio seu permutatione et cambio locorum octo comperarum s. Georgii, comunis Ianue, per ipsos cives et vicinos superius nominatos, suis et dictis nominibus, prefatis preceptori et infirmis assignandorum, et super dictum hospitale scribendorum, cum suis annuis pagis, fructibus et proventibus, presentibus et futuris, prout de huiusmodi permutatione, emptione seu acquisitione plenius constat publico instrumento scripto et publicato manu mei notarii infrascripti hodie, paulo ante.

Et cupientes ac intendentes dicti cives et vicini, suis et dictis nominibus, ipsorum animarum saluti consulere, zelo religionis accensi, cupientesque terrena in celestia et transitoria in eterna, felici commercio commutare, ob sinceram devotionem quam ipsi erga ecclesiam, fratres et conventum B. M. de Castello, Ianuen., Ordinis predicatorum, diu gesserunt et gerunt puro corde, sponte etc.:

Donaverunt, ac titulo et ex causa mere, pure, simplicis et irrevocabilis donationis inter vivos etc., dederunt, tradiderunt etc. circumspectis viris Bartholomeo de Luxoro q. Petri, et Philippo de Cassina q. Pasqualis, civibus Ianuae, tamquam sindicis et procuratoribus etc. ven. religiosorum dominorum, prioris, fratrum et conventus ecclesie, seu monasterii predicti S. M. de Castello, Ianuen. Ord. pred. etc. supradictam terram seu possessionem, vineatam et arboratam ficibus et etiam castaneis, aliisque diversis arboribus, cum domo una et alia domuncula in ea supraposita, sitam in dicta villa, in contracta s. Luce de Albario, superius coherentiatam, et ad ipsos cives, suis et dictis nominibus, vigore dicti instrumenti permutationis spectantem et pertinentem, ut predictum est, ad habendum, tenendum etc. et quidquid eisdem fratribus et conventui B. M. de Castello et eorum successoribus, de ipsa terra seu possessione cum domibus deinceps placuerit perpetuo faciendum iure proprietatis et iusto titulo donationis predictae, cum omnibus et singulis ipsius terre seu possessionis, cum domo et domuncula, iuribus et pertinentiis etc. Possessionem quoque etc. Insuper et ex dicta causa etc. Renunciantes etc.

Et versa vice dicti Bartholomeus de Luxoro et Philippus de Cassina, sindici et procuratores etc. dictorum prioris, fratrum et conventus B. M. de Castello, presentes et acceptantes etc. huiusmodi donationem etc., promittunt supradictis Pelegro, Petro, Marco et sociis suis etc. se facturos et curaturos etc. quod dicti dominus prior, fratres et conventus huiusmodi donationem etc. omniaque alia et singula in presenti instrumento contenta, infra dies decem proxime venturos, solemniter ratificabunt etc. Sub ipotheca etc. Informati inquam ipsi Bartholomeus et Philippus, dictis nominibus ut dixerunt, de mente, intentioneque dictorum domini prioris, fratrum et conventus, et quod ipsi dominus prior, fratres et conventus, etiam ante huiusmodi permutationis et donationis contractus, volentes eisdem

civibus et vicinis complacere et piis votis ipsorum annuere, ex devotione sincera quam erga ipsos cives gesserunt et gerunt, fuerunt contenti et viva voce promiserunt et convenerunt dictis civibus et vicinis aliquos ex fratribus dicti conventus S. M. de Castello in ecclesia predicta s. Luce de Albario, vel in alio loco inibi per ipsos cives deputando, seu de novo construendo, in quantum ecclesia, predicta s. Luce, que per aliquos ex fratribus conventus ordinis servorum B. Marie impresentiarum regi et gubernari dignoscitur, in ipsos fratres et conventum B. M. de Castello, prout ipsi cives et vicini in eos pervenire desiderant, forsitan devenire non posset, toto anno perpetuis futuris temporibus manutenere, nec non hiemali tempore missam unam et estivo tempore, quando scilicet cives seu vicini predicti in dicta villa fuerint et habitaverint, tantum duas aut tres missas, singulo die, inibi celebrare seu celebrari facere ipsis civibus seu vicinis; ita tamen quod si contingeret, et seu in quantum contingeret, ipsos cives dicto estivo tempore propter guerras vel alia discrimina in ipsa villa habitare non posse, unam missam dumtaxat singulo die ipsi fratres celebrare teneantur, et pro ut premissa omnia dicte partes et dictis nominibus asserunt et fatentur fuisse et esse vera, ac promissa et conventa fuisse ante contractus predictos per dominos priorem, fratres et conventum antedictos eisdem civibus et vicinis:

Et propterea dicti Bartholomeus et Philippus, dictis nominibus etc. sponte etc. promiserunt et solemniter convenerunt dictis Pelegro, Petro, Marco et sociis, presentibus etc., facere et curare ita et taliter cum effectu, quod dicti dominus prior, fratres et conventus aliquos ex dictis fratribus in ecclesia s. Luce, vel alio, in eventum deputando, loco huiusmodi, toto anno perpetuis futuris temporibus manutenebunt, missam et missas hiemali et estivo tempore huiusmodi celebrabunt et seu celebrari facient, in omnibus et per omnia pro ut superius expressum etc. et conventum est etc.

Acto et per pactum expressum solemniter convento etc., in quantum dicti prior, fratres et conventus ecclesiam predictam s. Luce de Albario obtinere, vel alium ibidem locum idoneum pro celebratione missarum predictarum habere non possent, aut ipsi prior, fratres etc. aliquos ex dictis fratribus non manutenerent, et missam

et missas predictas non celebrarent etc. et alia premissa non adimplerint, quod tunc et eo casu dicta terra seu possessio etc. ad ipsos cives et vicinos ac heredes et successores eorum etc., pro sua rata, libere revertatur etc.

Item fuit per pactum expressum inter dictos cives et vicinos ex una parte, et dictos syndicos et procuratores ex altera, quod dicti prior, fratres et conventus curam etc. habere debeant impetrandi et obtinendi litteras apostolicas confirmationis et approbationis tam dicte permutationis quam presentis donationis etc., quodque predicti prior, fratres etc. teneantur solvere expensas necessarias pro impetratione et expeditione dictarum litterarum apostolicarum, non obstante quod in dicto instrumento permutationis dicti cives et vicini teneantur et se obligaverint ad solutionem dictarum expensarum etc. Sub pena dupli etc.

Acta sunt hec in suburbiis Ianue, in dicta domo et mansione s. Lazari, videlicet in capitulo ipsius, vocato s. Elisabet, anno a nativitate domini MCCCCLVII, indictione quarta secundum etc. die iovis, decimanona mensis maii, post vespervas, et paulo post instrumentum permutationis de quo supra, presentibus ibidem discretis viris Antonio de Mezano q. Io. et Iohanne Antonio de Savignonis, Guillelmi, civibus Ianue, ac Iohanne de Costa q. Antonii, habitatore in dicta contrata s. Lazari, ad premissa vocatis etc.

1727 die 27 februarii.

Extractum in omnibus ut supra ex foliatio instrumentorum receptorum per nunc q. Andream de Cario notarium, anno 1457, quod una cum ceteris dicti notarii protocollis adservatur in archivio ven. collegii dominorum notariorum Genue etc.

NICOLAUS DOMINICUS MUTIUS
scriba, et dicti archivii custos.

Ossia che i procuratori su citati avessero ecceduto nelle promesse, ossia che non fossersi ben intesi co' religiosi, questo primo convegno rimase frustraneo, e passarono tre anni senza verun effetto. Instando tuttavia

i buoni cittadini per venire ad un accordo, e premendo d'altro lato ai nostri d'avere un luogo d'aere salubre, e fuori città, ove ricoverare in occasione, allora così frequente, di peste, il 10 novembre 1460 raunossi il consiglio dei padri di Castello alla presenza del vicario generale della Congregazione, e messo il partito dell'accettazione, ad unanimità venne accolto, sotto tre clausole; cioè, che il possesso fosse cinto d'ogn'intorno da un muro, a carico dei proponenti, la loggia attigua alla chiesuola, spettasse anch'essa ai religiosi, nè vi si permettessero più giuochi o danze, e neppur sulla piazzetta d'accesso alla cappella, e s'annullasse appieno il primo strumento di cessione da essi ritenuto invalido. Accettavano poi la messa o le messe, ma solo dalla Pentecoste a s. Martino, se vi sarà un discreto numero di gente a villeggio.

(N. 2)

(10 novembre 1460)

MCCCCLX die X novembris propositum fuit in consilio, presentibus rev. vicario fr. Iohanne de Galopia, fr. Alexandro de Ianua, priore Finariense, et patribus de consilio conventus infrascriptis, scilicet fr. Antonio de Finario, priore conventus, fr. Vincentio de Finario, fr. Augustino de Vintimilio, fr. Andrea de Terdona et fr. Dominico de Monleone, utrum ecclesia s. Luce de Albario cum possessione adherente acceptari deberetur per fratres: et conclusum fuit quod sic, visis primo multis rationibus pro et contra, et presertim attendita causa quod conventus iste indiget aliquo loco extra urbem ad effugiendum tempore pestis. Sub hiis tamen conditionibus: prima, videlicet, quod dicta possessio circumdetur muris et claudatur expensis ipsorum civium. Secunda, quod loggia que adheret ecclesie sit fratrum, nec fiant in ipsa ludi vel choree, nec etiam in platea que est ante ecclesiam. Tertia, quod assertum instrumentum obligationis, alias ut dicitur factum per fratres ipsis civibus, per aliud

instrumentum vel patentes litteras revocetur et revocatum esse declaretur. Sed quod fratres tantummodo teneantur ad missam vel missas dicendas a festo Pentecostes usque ad festum s. Martini, et existentibus civibus et habitantibus in villa Albarii. Quod si dicte tres conditiones non fuerint in toto, vel in aliqua sua parte, acceptate et observate, eo casu non acceptaretur dicta ecclesia et possessio per fratres nostros, et acceptate dimitti possint et debeant. Et hoc ipsum precipit predictus rev. vicarius generalis, frater Iohannes de Galopia.

Ego fr. Iohannes de Galopia, vicarius suprascriptus, premissis interfui et consensi.

Ego fr. Antonius de Finario, prior suprascriptus, premissis interfui et consensi.

Ego fr. Alexander de Ianua, prior Finariensis suprascriptus, premissis interfui etc.

Ego fr. Vincentius de Finario, suprascriptus, premissis interfui etc.

Ego fr. Augustinus de Vintimilio, suprascriptus, premissis interfui etc.

Ego fr. Andreas de Terdona, suprascriptus, premissis interfui etc.

Ego fr. Dominicus de Monleone, suprascriptus, premissis interfui etc.

Comprendiamo di leggieri le ragioni d'ordine disciplinare di queste condizioni in uomini della tempra d'allora a Castello; mentre non arrivammo per lungo tempo a capacitarci del fulmineo divieto, emanato cinque giorni dopo dallo stesso vicario, fra Giovanni Galoppia, di più fare parola della pratica (1). Il documento che qui riportiamo, copiato con esattezza dal registro dei consigli, nella prima sua parte è tutto nel confermare

(1) Il motivo è spiegato nel posteriore documento N.º 5 dell' 11 marzo 1468 colle parole *dictum instrumentum confectum fuisse preter intentionem, consensum et auctoritatem superioris ipsorum*, e perchè nell' istrumento stesso eranvi *obligationes et conventiones que minime fieri poterant*, cioè l'obbligo, dice il Borzino, d'una messa quotidiana perpetua, non permessa dai canoni senza certe clausole e requisiti.

l'acquisto di s. Luca, quando all'improvviso cambia metro e si risolve in aperta contraddizione, comandandone l'abbandono.

(N. 3)

(15 novembre 1460)

In Christo Iesu dilectissimis sibi, priori et fratribus conventus Sancte Marie de Castello civitatis Ianue, Ordinis predicatorum, frater Iohannes de Galopia, eiusdem Ordinis, conventuum reformatorum utriusque Lombardie vicarius, licet indignus, salutem et sacre religionis continuum incrementum.

Quum prehabitis diversis, cum matura deliberatione discretorum, consiliis, in quibus ad longum ventilate fuere rationes, tam pro acceptatione loci et ecclesie s. Luce de Albario quam contra eandem acceptationem facientes, in hanc unam et finalem, nemine discrepante, sententiam firmiter et inviolabiliter omnibus futuris temporibus observandam, et in libro consiliorum folio 11 scriptam et subscriptam, ex certa scientia et non per errorem deventum est coram presentibus et interessentibus patribus in dicto consilio scriptis et suis manibus subscriptis, quod videlicet ecclesia s. Luce de Albario, cum possessione adherenti, acceptari debeat per fratres, salvis conditionibus in dicto consilio descriptis, quarum conditionum tenorem presentibus habeo pro insertis de verbo ad verbum:

Quam quidem deliberationem et concordem provisionem pro fratrum huius conventus necessitatibus sublevandis, pro civium commoditate petentium, et omnium communi pace et tranquillitate sic initam, factam et decisam, ne, quod absit, unquam futuris temporibus per inobedientiam infringi vel ignorantia aboleri contingat, auctoritate officii mihi commissi, in virtute spiritus sancti et sancte obedientie precipio vobis omnibus et singulis per presentes, ut dictam deliberationem, sicut prefertur in hoc libro consiliorum scriptam et subscriptam, sic inviolabiliter observetur, ut contra eius tenorem dictam ecclesiam vel locum de Albario ullo modo acceptetis vel acceptari permittatis, aut aliquis vestrum acceptet, vel acceptari, aut consilium vel favorem ad acceptandum daturum se promittat, sed omnino libere dimittatur et quilibet vestrum dimittat, nequaquam

illuc de cetero, tamquam ad locum conventui nostro debitum, ad officium vel missas celebrandum accessuri. Ad quorum perpetuam memoriam has litteras preceptorias in hoc libro consiliorum fol. 11 scribi, et sigilli maioris, quo utor, impressione muniri feci.

Datum Ianue, die XV novembris MCCCCLX.

Conseguenza dell' inatteso decreto doveva essere, e fu la desistenza dal progetto, la quale non pertanto durò breve tempo. Si ricava dalla lettera poco sotto riferita che i religiosi di Castello si stabilirono in effetto alquanto dopo il 1460 in s. Luca, e presero a bonificarvi la villa adiacente, e scorsi otto anni ne vennero al reale possesso. Crediamo che due forti motivi concorressero alla bramata soluzione; il sentito bisogno nei domenicani d' un luogo di convalescenza e riposo nei casi ordinarii della vita, e di ricovero pel tempo di peste, e negli Albaresi la provata mancanza di servizio divino estivo.

E in verità i nostri risiedevano di fatto già in s. Luca parecchi anni avanti il 1468: *Iam evolutis aliquibus annis habueritis . . .*, trovo detto nella citata lettera, *retinueritis ac bonificaveritis ecclesiam s. Luce etc.*, e bisognava rendere, da provvisorio e men legale, stabile e canonico il loro insediamento.

A questo si prestò un successore del p Galoppia nel vicariato, il p. Girolamo dei signori di Cunio, il quale trovatosi a Castello in visita pastorale, e di presenza riconosciute valide le ragioni dai suoi sudditi addotte, il 4 gennaio 1468 diè facoltà di accettare il luogo, purchè lasciato libero ed esente di gius patronato laicale, e che entro un anno, e non più, fosse definitivamente ceduto e occupato.

(N. 4)

(4 gennaio 1468)

Venerabilibus patribus vocalibus, ceterisque fratribus conventus S. M. de Castello, Ianue, Ord. Pred. fr. Hieronymus de Cunio, s. Theol. professor, ac conventuum reformatorum eiusd. Ord. in Lombardia, vicarius generalis, salutem et per obedientie semitam ad regna pervenire celorum.

Cum vos unanimiter et concorditer convenisse intellexerim vos utique desiderare et velle habere locum aliquem extra civitatem vestram, ad quem tempore pestis confugere possitis, nec non et habeatis conventum subditum multis caloribus tempore estatis, et etiam ut illum pro vestris recreationibus adire possitis: cum insuper iam evolutis aliquibus annis de consensu etiam rev. patrum et decessorum meorum habueritis, retinueritis et habitaveritis ac bonificaveritis ecclesiam s. Luce, in rure Albarii, extra civitatem, cum quadam possessione adherente ipsi ecclesie: Ideo volens, ac iterum intendens piis ac rationabilibus petitionibus vestris condescendere, tenore presentium, vobis licentiam do pariter et concedo, ac auctoritate officii mei omnimodam facultatem tribuo acceptandi, retinendi, edificandi et bonificandi dictam ecclesiam, et domos ac possessiones adherentes ac pertinentes ad ipsam ecclesiam, dum tamen ipsa libera et expedita vobis reddatur ab obligatione iuris patronatus. Volens et iniungens quatenus, intra annum proxime futurum, operam detis quod ecclesia illa uniatum et incorporetur ecclesie vestre et conventui auctoritate apostolica; aliter dicta licentia habeatur pro nulla et irrita; et etiam damus vobis auctoritatem obligandi, componendi, paciscendi et alia faciendi cum civibus habitantibus in dicto rure Albarii, ac denique omnia alia et singula faciendi secundum quod paternitates vestre noverint expedire. In quorum fidem et testimonium has litteras fieri iussi, et sigilli quo utor munimine roborari.

Datum Ianue, die quarta ianuarii MCCCCLXVIII.

Superata così la difficoltà maggiore, tornò agevole ad amendue le parti l'intendersi; e l'11 marzo successivo altri sei villeggianti, Lodisio e Marco Cattaneo,

Giacomo e Domenico Promontorio, Paolo Battista Lercari, Nicolò De-Marco, e Quirico Albaro, il solo sopravvivate forse dei cinque intervenuti al rogito del 19 maggio 1457, aderendo alle istanze dei padri di Castello per l'annullamento del primo atto di cessione fatta il dì suddetto, ridonarono ai domenicani, in nome proprio e degli altri abitanti, la cappella di s. Luca coll'annessa terra, ritenendosi pei loro parlari la loggia e la piazzetta, non più pretese dai frati. I quali, a loro volta, promettono due messe cotidiane dalle calende di giugno a s. Martino, salvo giusto impedimento; e mancando per otto giorni consecutivi, cadevano dai diritti acquisiti e la chiesa tornava ai cittadini. Dessi poi, e non più i religiosi, s'addossarono il carico d'impetrare, entro sei mesi, la bolla pontificia d'unione e incorporazione al convento di S. M. di Castello.

(N. 5)

(11 marzo 1468)

In nomine domini amen. Cum verum sit, pro ut per partes asseritur infrascriptas, quod alias facte fuerint certe conventiones et pacta inter rev. dominos, fratres S. M. de Castello, Ianuen., Ordinis observantie s. Dominici ex una parte, et cives Ianue, habitantes in villa Albarii apud ecclesiam s. Luce, sitam in dicta villa, dioc. Ianuen., ex parte altera, de datione et consignatione dicte ecclesie s. Luce, cum terra seu possessione proxima et contigua ipsi ecclesie, et cui terre coheret superius terra dicti monasterii, ab uno latere via comunis et ab alio terra Francisci de Nazariis, et si qui sunt etc., pro ut de predictis latius asseritur apparere publico instrumento rogato per Andream de Cario notarium, ad quod et contenta in eo, habeatur relatio:

Idcirco prefati domini, rev. fratres, capitulariter congregati sono campanule, prout moris est, in loco infrascripto pro infrascriptis peragendis, nomine et vice ipsorum et successorum suorum, quorum

presentium nomina sunt hec: fr. Lodisius de Brixia supprior, absente domino priore, fr. Bartholomeus de Finario, fr. Augustinus de Vintimilio, fr. Dominicus de Monleone, fr. Barnabas de Ianua, fr. Philippus de Ianua, fr. Antonius de Petra, fr. Seraphinus de Ianua, fr. Gregorius de Ianua, fr. Franciscus de Ianua, fr. Benedictus de Ianua, fr. Iohannes de Levanto, fr. Bernabinus de Ianua, fr. Iohannes de Ianua, fr. Bartholomeus de Luxoro, fr. Gregorius Iustinianus, fr. Benedictus de Ceva, fr. Antonius de Tabia, fr. Iohannes de Rimasorio, ex una parte, et infrascripti cives, habitantes apud dictam ecclesiam, quorum presentium nomina sunt hec: Lodisius Cattaneus, Iacobus de Prementorio, Dominicus de Prementorio, Marcus Cattaneus, Quilicus de Albario, Paulus Baptista Lercarius et Nicolaus de Marco q. Raph., eorum nominibus et successorum suorum, ex parte altera:

Considerantes dictum instrumentum confectum fuisse preter intentionem, consensum et auctoritatem superioris ipsorum, asserentes etiam in dicto instrumento fore obligationes et conventiones que minime fieri poterant: quapropter prefati rev. domini fratres requisiverunt per dictos cives dictum instrumentum, et contenta in eo, cassari, annullari et revocari, denuoque de dicta ecclesia et terra seu possessione partes predictas ad novas conventiones et pacta devenire; id circo antedicti cives in unum congregati, audita dicta requisitione prefatorum dominorum fratrum, post disceptationes et varias disputationes ad hanc unam sententiam convenire dignum scilicet fore, consideratis integritate, morum honestate, personarum virtute et religionis sanctitate, eisdem dominis fratribus alacriter complacere volentes, hiis infra additis conditionibus, et non aliter.

Primum quidem virtute presentis instrumenti cassaverunt, revocaverunt et annullaverunt et pro cassato etc. haberi voluerunt instrumentum rogatum per dictum Andream de Cairo, de quo supra. Preterea tenore presentis publici instrumenti de novo dederunt et concesserunt prefatam ecclesiam s. Luce de Albario, cum terra, possessione et suis pertinentiis, prefatis rev. dominis fratribus S. M. de Castello, Ianuen. ut sint membrum et res spectantes eiusdem ordinis et religionis, retentis in ipsis civibus logia contigua ipsi ecclesie et platea caneti, reservatis ad ipsorum civium et successorum

suorum usum, ita dum steterit et perseveraverit in dicto monasterio vita et observantia regularis, et conditionibus infrascriptis.

Primo quod dicta terra seu possessio, vel pars ipsius, vendi pignori vel pensionari aut alienari, vel demum quoquo modo seu titulo in alium vel alios usus, recte vel indirecte, transferre non possit, sed volunt dicti cives quod penitus remaneat dicta terra seu possessio continue et in perpetuum in dictis fratribus Ordinis predicti; si dicti fratres (1) vel aliquo modo attentarent, tunc et eo casu presens datio revocata sit et cassa, in dicta ecclesia restituatur primus patronus, terra vero seu possessio predicta restituatur illis qui pro ea monetam solverunt.

Ex adverso dicti domini fratres, supradicte religionis et ordinis, habentes a suo superiore auctoritatem et licentiam ad infrascripta, vigore litterarum patentium cum sigillo consueto: quorum tenor infra describitur et talis est (2): promiserunt et se obligaverunt, tam pro suis fratribus presentibus quam futuris, celebrare in perpetuum in dicta ecclesia s. Luce de Albario in hunc modum; videlicet, a calendis iunii usque ad festum s. Martini singulis diebus, tam operariis quam festivis, missas duas, et sic successive de anno in annum, impedimento iusto semper salvo, puta guerrarum, pestilentiarum, vel ipsis civibus aut eorum successoribus vel maiore parte eorum non existentibus et habitantibus in dicta villa; alio autem tempore minime teneantur. Et casu quo dicti fratres cessarent per octo dies continuos a celebratione dictarum missarum, tunc sit in potestate civium determinare quod a dicta donatione cecidisse intelligantur, et de dicta ecclesia secundum eorum voluntatem disponere possint dicti cives et eorum successores, vel legitima persona pro eis, non obstantibus aliquibus legibus, capitulis, decretis aut ordinationibus in contrarium disponentibus.

Item salvis omnibus et singulis predictis, promiserunt dicti cives pro viribus sese operaturos ut quecumque privilegia et scripture et alia iura dictarum ecclesie et terre seu possessionis, que sunt, aut earum copie de quibus notitiam habebunt, perveniant in ipsos fratres et penes ipsos.

(1) Il luogo pare turbato, e il senso non corre.

(2) È il documento precedente, n.º 4.

Item salvis premissis fuit actum inter dictas partes, pacto expresso, solemni stipulatione vallato, quod banche et seu loca dicte ecclesie in quibus nunc sedent seu sedere consueverunt domine seu uxores dictorum civium, restent et remaneant in perpetuum illis, quorum seu quarum nunc sunt, et heredibus et successoribus ipsorum.

Item est actum ut supra, quia dicti domini fratres dicunt non posse acceptare seu retinere dictam ecclesiam sine licentia summi pontificis, ideo dicti cives sese obtulerunt et promiserunt supplicare apud sedem apostolicam ut dicta ecclesia uniatum et incorporetur dicto conventui S. M. de Castello, per concessionem apostolicam, infra sex menses proxime futuros, modis et formis contentis in presenti instrumento. Que omnia et singula etc. Sub pena dupli etc. Ratis etc. Et proinde etc.

Actum Ianue, videlicet in loco capitulari dicti monasterii, anno a nativitate domini MCCCCLXVIII., indictione quintadecima secundum etc., die veneris, undecima martii, in vespere. Testes Iulius de Bissono q. Andree, et Philippus de Carlono q. Ant., magistri antelami, ad hoc vocati.

1637 die 12 septembris

Extractum in omnibus ut supra per nos infrascriptos notarios, custodes archivii ven. collegii d. d. notariorum, Genue, ex publicis instrum. compositis per nunc q. d. Iohannem de Brignolis, notarium, in dicto arch. existentibus etc.

IO. STEPH. CERONIUS, notar.

IO. IACOBUS PINCETUS, notar.

Invece di sei occorsero undici mesi all'ottenimento della bolla papale, che alla perfine venne concessa e spedita da Paolo II il di 4 febbraio 1469 al vicario generale dell'archidiocesi di Genova. Dove il pontefice incaricava quel prelato a ricevere la rinunzia semplice e incondizionata della cappella di s. Luca, da parte dell'attuale suo titolare, Antonio Mainetto, e devolverne il

possesso e dominio ai frati predicatori di Castello, giusta il convenuto cogli antichi patroni.

(N. 6)

(4 febbraio 1469)

Paulus episcopus etc. dilecto filio, vicario venerabilis fratris nostri archiepiscopi Ianuen. in spiritualibus generali, salutem etc. Ex debito ministerii etc. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, prioris et conventus domus Beate Marie de Castello, Ianuen., Ordinis fratrum predicatorum, petitio continebat, dilectus filius Antonius Mainettus, rector capelle s. Luce de Albaro extra muros Ianuen., capellam ipsam, que de iure patronatus laicorum et sine cura existit, quam obtinet, ad effectum quod illa uniatur et incorporetur et annectatur dicte domui, resignare proponat: Quare, pro parte prioris et conventus predictorum, asserentium quod fructus, redditus et proventus dicte capelle, ac annexorum, duorum florenorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut capellam ipsam eidem domui uniri mandare, aliasque eis super hoc opportune providere de benignitate apostolica dignareretur.

Nos itaque, de premissis certam notitiam non habentes, ac votis dicti Antonii in hac parte favorabiliter annuentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus tu ab eodem Antonio, vel procuratore suo, ad hoc ab eo speciale mandatum habente, resignationem huiusmodi, si illam in tuis manibus sponte et libere facere voluerit, ut prefertur, auctoritate nostra, hac vice dumtaxat, recipias et admittas, eaque per te accepta et admissa, vocatis quorum interest, capellam predictam cum omnibus annexis ac omnibus iuribus et pertinentiis suis, eidem domui, si ad id ipsorum patronorum expressus accedat assensus, eadem auctoritate unias, incorpores et annectas; ita quod liceat ex tunc priori et conventui prefatis, per se vel alium seu alios, corporalem dicte capelle et annexorum, iuriumque et pertinentiarum predictorum possessionem, auctoritate propria, libere apprehendere, ac illius fructus, redditus et proventus huiusmodi in dicte domus sacristie

usus, utilitatemque convertere et perpetuo retinere, diocesani loci et cuiuslibet alterius licentia minime requisita, contradictores per censuram ecclesiasticam etc. Non obstantibus constitutionibus etc.

Attente quoque provideas, ne in resignatione huiusmodi, si fiat, ex parte prioris et conventus ac Antonii predictorum aliqua pravitas interveniat seu etiam corruptela, proviso quod dicta capella debitis propterea non fraudetur obsequiis, sed illius congrue supportentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum et inane decernimus si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Rome apud s. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo (1), pridie nonas februarii, pontificatus nostri anno quinto.

Un mezz'anno trascorse, e n' ignoriamo il perchè, dalla data del rescritto pontificio alla presentazione dello stesso alla locale autorità, cui era indirizzato. Da sezzo, il p. Agostino dei conti di Ventimiglia, come sindaco del convento, e prete Antonio Mainetto, in qualità di cappellano di s. Luca, furono assieme il 22 agosto 1469 nanti il vicario arcivescovile, Romano Barni, lodigiano, per notificargli la bolla, e pregarlo a darle sollecita esecuzione.

(N. 7)

(22 agosto 1469)

In nomine domini amen. Ex hoc publico instrumento universis pateat etc., quod ven. vir, dominus fr. Augustinus de Vintimilio, syndicus etc. domus B. M. de Castello, Ord. pred. de observantia, et ven. dominus presbiter Antonius Mayneta, rector seu capellanus s. Luce de Albario, extra muros Ianue, que de iure patronatus lai-

¹⁾ Secondo l'antico stile delle bolle papali. Questa non è più inedita, ma trovasi inserita a pag 463 del tomo III del *Bullarium Ord. Praed.*, tratta dal nostro archivio di Castello.

corum et sine cura existit, constituti in presentia rev. in Xpo patris, domini Romani de Barni, de Laude, decretorum doctoris, canonici Lauden., rev.mi d. d. archiep. Ianuen. auctoritate apostolica vicarii generalis, meique notarii publici et testium infrascriptorum etc., presentaverunt etc. litteras apostolicas ss. in Xpo patris et domini nostri Pauli, divina providentia pape secundi etc. Et quarumquidem apostolicarum litterarum tenor sequitur et talis est: *come al documento precedente n. 6.*

Post quarumquidem etc. presentationem etc., prefatus fr. Augustinus, dictis nominibus, et presbiter Antonius Mayneta etc. eundem rev. dominum Romanum, vicarium, commissarium et delegatum apostolicum prefatum etc. requisiverunt, quatenus ad executionem dictarum litterarum etc. procedere dignaretur etc.

Qui quidem rev. dominus vicarius etc. visis etc. litteris apostolicis antedictis, et audita requisitione predicta, tamquam obedientie filius, obtulit et offert se promptum etc. mandatis apostolicis huiusmodi firmiter obedire, et ad ipsarum litterarum apostolicarum executionem etc. procedere etc. De quibus omnibus etc. mandavit per me notarium infrascriptum confici debere presens publicum instrumentum.

Actum Ianue in palatio archiepiscopali de s. Laurentio, videlicet in studio camere residentie prefati rev. domini vicarii, anno a nativitate domini MCCCCLXVIII, indictione prima secundum etc., die martis, vigesima secunda augusti, in tertiis, presentibus ven. domino Baxano de Pinarolis, canonico Lauden. et Philippo de Barni, de Laude, testibus etc. Et etiam presentibus ad hec dicto fr. Augustino et presbitero Antonio Mayneta. Qui presbiter Mayneta volens pro parte sua executioni mandare ea que in dictis litteris apostolicis continentur, fecit et facit resignationem, pro ut infra sequitur.

PETRUS DE VERNATIA, notarius etc.

E ad agevolarla, lo stesso Mainetto subito dopo l'atto di consegna della bolla, procedé all'effettiva rinunzia, a mano del vicario e delegato papale predetto, del suo beneficio od ufficio di rettore della chiesa di s. Luca,

acciò la si potesse unire ed incorporare al cenobio di Castello.

(N. 8)

(22 agosto 1469)

In nomine domini amen. Cunctis pateat evidenter et sit notum, quod constitutus in presentia rev. patris, domini Romani de Barni, de Laude etc., tamquam commissari et delegati apostolici super infrascriptis a sede apostolica specialiter deputati, vigore etc. litterarum apostolicarum etc. datarum Rome apud s. Petrum etc. per me notarium infrascriptum visarum et lectarum, ven. vir, dominus presbiter Antonius Mayneta, capellanus seu rector capelle s. Luce de Albario, extra muros Ianuen., que de iure patronatus laicorum et sine cura existit, omni iure, via etc. quibus melius potuit etc., imo sponte, pure et libere etc. in manibus prefati rev. domini vicarii, commissarii et delegati apostolici antedicti, capellam predictam s. Luce cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, in presentia mei iam dicti notarii et testium infrascriptorum resignavit et resignat, ad finem et effectum quod illa uniatur, incorporetur et annectatur domui B. M. de Castello, Ianuen., Ord. fratrum predicatorum, iurans ad sancta dei evangelia quod pro predicta resignatione nulla intervenit fraus, dolus, simoniaca labes, aut aliqua alia illicita pactio seu etiam corruptela, et in omnibus et per omnia prout in dictis litteris apostolicis, de quibus supra, continetur.

Quam quidem resignationem et omnia suprascripta prefatus rev. dominus Romanus, vicarius, commissarius etc. recepit et admisit, ac recipit et admittit, hac vice dumtaxat, presente ad hoc, audiente et intelligente ven. domino, fr. Augustino de Vintimilio, sindico etc. dicte domus B. M. de Castello. De quibus omnibus prefatus rev. dominus Romanus, vicarius, commissarius etc. dictusque fr. Augustinus, necnon dictus dominus Antonius, rogaverunt per me notarium infrascriptum fieri debere presens publicum instrumentum ad futuram rei memoriam, et ad hoc ut dictus dominus Romanus, vicarius etc. procedere possit ad executionem dictarum litterarum apostolicarum et contentorum in eis, iuxta illarum vim, formam, continentiam et tenorem.

Actum Ianue in palatio archiepiscopali etc. *tutto come nel precedente documento N. 7*

Altrettanto fecero, due giorni dopo, gli Albaresi, riunitisi in numero di tredici sul piazzale della loro cappella di s. Luca, quasi tutti diversi dai precedenti; e sono Girolamo, Lodisio e Marco Cattaneo, Pietro e Nicolò De-Marco, Giacomo, Federico, Domenico e Gabriele Promontorio, Stefano da Passano, Girolamo Carmandino, Quirico Albaro sempre vivo e Giorgio Marchese, principali proprietari del luogo; e quivi, affine di dare in loro nome il consenso all'atto conclusivo dell'annessione, costituirono due procuratori nelle persone di Daniele Giustiniani e Girolamo Carmandino.

(N. 9)

(24 agosto 1469)

In nomine domini amen. Nobiles et egregii domini, Ieronimus Cattaneus q. Ilarii, Petrus de Marco q. Io., Ludovicus Cattaneus q. Iacobi, Iacobus de Prementorio q. Thome, Marcus Cattaneo q. Percivalis, Quilicus de Albario q. Pauli, Fredericus de Prementorio q. Eduardi, Ieronimus de Carmedino q. Baptiste, Stephanus de Passano q. Io., Dominicus de Prementorio et Gabriel de Prementorio, fratres, q. Pelegri, Georgius Marchexius q. Quilici, et Nicolaus de Marco q. Raph.: Congregati et coadunati in loco infrascripto, pro infrascriptis specialiter peragendis, tamquam patroni, ut asserunt, et vicini oratorii et seu capelle s. Luce de Albario, Ianuen. dioc.: Scientes, certamque et indubitam notitiam habentes impetratas esse nonnullas litteras apostolicas super unione et incorporatione fienda de dicta ecclesia seu capella s. Luce cum domo B. M. de Castello, Ord. pred. Ianuen., ac volentes pro parte eorum contenta in dictis litteris apostolicis executioni mandare, et ea omnia facere sibi ipsis incumbentia, ad hoc ut dicta capella uniatur et incorporetur cum dicta domo de Castello, ideo omni modo, via etc. quibus melius potuerunt et possunt:

Fecerunt, constituerunt etc. suos veros etc. procuratores, actores et negotiorum suorum infrascriptorum gestores etc. providos viros, Danielem Iustinianum q. Philippi et Ieronimum de Carmedino q. Bapt., et utrumque ipsorum in solidum etc., ad omnia et singula ipsorum constituentium negotia agenda etc. et specialiter et expresse ad se se presentandum et comparendum coram rev. domino archiepiscopali vicario Ianue, et coram eo, tam oretenus quam in scriptis etc. prestandum et concedendum consensum de uniendo et incorporando dictam capellam seu oratorium s. Luce, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, cum domo S. M. de Castello Ianue, in omnibus et per omnia prout continetur in quibusdam litteris apostolicis super predictam a sede apostolica specialiter impetratas, salvis semper et reservatis pactis, conventionibus et conditionibus, que et quos dicti patroni et vicini dicunt habere cum ven. domino priore, fratribus et conventu dicte domus B. M. de Castello, vigore publici instrumenti scripti et publicati manu, ut asseritur, Ioannis de Brignolis notarii, millesimo et die in eo contentis, ad quod habeatur relatio, et hic habeatur pro inserto de verbo ad verbum prout iacet, et per cautelam tenor sequitur ut infra, *cioè il documento n. 5.*

Et demum etc. Dantes etc. Respondentes etc.

Actum in villa Albarii, videlicet in platea que est ante dictam capellam, anno dominice nativitatis MCCCCLXVIII, indictione prima secundum etc., die vero iovis, XXIII augusti, presentibus Paulo Marrufo q. Philippi, Francisco Scalia q. Cosme, et Andrea Fatinanti q. Vinc., testibus ad predicta vocatis et rogatis.

PETRUS DE VERNATIA, notarius.

Addi 15 novembre stess'anno presentavansi di conserva i due incaricati al vicario Barni, al quale dichiararono di prestare, in virtù del mandato ricevuto, il pieno loro assenso al passaggio di s. Luca, chiesa e terreno annesso, ai padri di Castello, salve le condizioni nella convenzione fatta contenute.

(N. 10)

(15 novembre 1469)

In nomine domini amen. Providi viri, Daniel Iustinianus q. Phil. et Ieronimus de Carmedino q. Bapt., tamquam syndaci et procuratores patronorum et vicinorum oratorii seu capelle s. Luce de Albario, Ianuen. dioc., vigore publici instrumenti scripti manu mei notarii infrascripti hoc anno die XXIII augusti, habentes ad infrascripta plenam potestatem etc., constituti in presentia rev. in Xpo patris, domini Romani de Barni, de Laude etc., a sede apostolica specialiter deputati: Scientes etc. impetratas fuisse nonnullas litteras apostolicas super unione et incorporatione fienda de dicta ecclesia seu capella s. Luce cum domo B. M. de Castello etc., ac volentes pro parte eorum contenta in dictis litteris apostolicis executioni mandare etc., ex potestate et balia sibi ipsis attributa, sponte etc.:

Consenserunt et consentiunt etc. quod dicta capella seu oratorium s. Luce de Albario uniatur et incorporetur cum omnibus iuribus et pertinentiis suis cum domo B. M. de Castello, Ianue, in omnibus et per omnia prout continetur in litteris apostolicis super huiusmodi a dicta sede apostolica specialiter impetratis et obtentis, et sic consensus eorum, dictis nominibus, in predictis prestiterunt et prestant, salvis semper et reservatis pactis et conventionibus, que et quos ipsi domini principales patroni sui habent cum ven. dominis, priore, fratribus et conventu dicte domus B. M. de Castello etc. De quibus etc.

Actum Ianue, videlicet in studio, *come sopra nel documento n. 7*, anno MCCCCLXVIII, indictione secunda secundum etc., die iovis, XV novembris, presentibus domino presbitero Baxano de Laude, canonico Lauden. et capellano ecclesie maioris, Philippo de Barni, de Laude, et Innocente de Castaneis, de Laude, testibus, ad premissa vocatis etc.

PETRUS DE VERNATIA, notarius etc.

E nulla più ostando, esaurite anzi tutte le forme legali, il vicario, quale delegato pontificio, emise isso-

fatto la perentoria sentenza della canonica fusione del luogo di s. Luca nel convento di S. M. di Castello.

(N. 11)

(15 novembre 1469)

In nomine domini amen. Ex hoc publico instrumento universis pateat etc. quod nos Romanus de Barni, de Laude etc., super infrascriptis a sede apostolica specialiter deputatus, litteras ss. in Xpo patris etc. Pauli, divina providentia pape secundi, datas Rome apud s. Petrum sub anno etc. MCCCCLXVIII, pridie nonas februarii, eius vera bulla plumbea etc. et per nos cum ea qua decuit reverentia receptas etc., et quarumquidem litterarum etc. tenor sequitur et est talis: Paulus etc. *come sopra nel documento n. 6.*

Post quarumquidem litterarum apostolicarum presentationem etc. fuimus per dictum fratrem Augustinum et presbiterum Antonium etc. requisiti, quatenus ad executionem dictarum etc. procedere digneremur etc.:

Nos itaque Romanus etc. attendens requisitionem huiusmodi esse iustam etc.; admissa prius per nos resignatione seu renunciatione, nostris in manibus, sponte et libere facta per dictum ven. Antonium Maynetam, rectorem dicte capelle s. Luce de Albario etc., ad finem et effectum quod illa uniatur, incorporetur et annectatur dicte domui S. M. de Castello etc., citatis successive patronis et vicinis dicte capelle et aliis quorum interest etc., omni iure, via etc. capellam predictam s. Luce cum annexis et aliis iuribus et pertinentiis suis, eidem domui B. M. de Castello, auctoritate apostolica nobis ut supra commissis in hac parte, unimus, annectimus et incorporamus per presentes, ita quod liceat priori et conventui prefatis dicte domus B. M. de Castello ex nunc per se etc. corporalem dicte capelle et annexorum iurium etc. possessionem, auctoritate propria, libere apprehendere, et illius fructus, redditus etc. perpetuo retinere etc., attento maxime quod ad id patronorum ipsius capelle expressus accessit assensus etc. Attento etiam maxime quod in huiusmodi resignatione, ut supra, facta per dictum presbiterum Antonium, tunc rectorem antedictum, pro parte dominorum prioris et conventus ac presbiteri Antonii predictorum nulla pravitas intervenit, seu cor-

ruptela etc. Mandantes propterea dicto domino priori et conventui, quod dicta capella debitis non fraudetur obsequiis, sed illius congrue supportent onera consueta, et in omnibus, et per omnia prout in dictis apostolicis litteris continetur. Ceterum cum ad executionem etc. Insuper etc. Personas quoque etc. In quorum omnium etc.

Datum et actum Ianue, videlicet in sala palatii archiepiscopalis nostre solite residentie de presenti, de anno a nativitate domini MCCCCLXVIII, indictione prima secundum etc., die iovis, XV novembris, presentibus testibus domino presbitero Baxano de Pinarolis, de Laude, canonico Lauden., et capellano ecclesie maioris, Ianue, Philippo de Barni, de Laude, et Innocente de Cattaneis, de Laude.

Ego Petrus de Vernacia q. d. magistri Venerii, publicus imperiali auctoritate notarius, et curie archiepiscopalis scriba etc.

II.

PRIMA ORIGINE DELLA CAPPELLA.

Questa la storia del modo e del tempo in cui il possesso di s. Luca venne a mano dei domenicani. Crediamo però che a più d'uno piacerà sapere l'origine e la primitiva fondazione della cappella stessa, innanzi di proseguire nel racconto. A tale uopo la cronaca di Castello ne servirà di scorta, se non del tutto sicura, perchè mancante talvolta di critica, almeno sufficiente ad aprirci il varco nel buio dei secoli, e chiarire un po' meglio i fatti. Sentasi quanto scrive:

« Tra gli altri possessi della prevostura di Castello v'era in Albaro una possessione nel quartiere Sereti, confinante col quartiere di Panigale, quale ottenuta dai frati, fu occasione di ottenere una cappella, quale pure era nelli detti confini di Panigale (1). Li cittadini, quali

(1) La prevostura di Castello aveva infatti una terra colà locata ancora l'8 giugno 1457 dall'ultimo prevosto. Trovo nel nostro archivio il rogito seguente:

In nomine domini amen. Ven. dominus Melchion Fatinanti, prepositus ecclesie B. M. de Castello, Ianuen., sciens dictam suam preposituram habere quandam terram vineatam et arboratam etc. cum domo ruinosa, positam in villa Albarii prope s. Lucam etc., dictam terram cum domo locavit et livellavit Laurentio de Podio q. Nicolai, presenti etc. pro pensione librarum viginti ianuinor. in anno etc. Actum Ianue in contracta Moduli, iuxta voltam magnam salis, sitam subtus palatium carcerum Malepage, anno etc. MCCCCLVII etc. die octava iunii etc.

Il Lorenzo Poggi qui citato come locatario è lo stesso che prese parte al primo atto di cessione del 19 maggio 1457 nel documento 1.º

(2) Die 11 februarii 1727, convocatis patribus a consiliis adm. rev. pater fr. Angelus Thomas Romaironi, prior, proposuit an ipsis placeret impedire ne plantae quae sunt ante ecclesiam s. Lucae abscindantur, et si opus fuerit etiam recurrere cum debitis expensis ad curiam archiepiscopalem, ne conventus amittat ius suum; cum hoc insuper quod nullus pater prior, qui erit imposterum possit in compositionem venire cum parte contraria, sine eorundem patrum a consiliis consensu; et omnes pariter annuerunt.

e facili a prevedersi maggiori, da quelle annose piante ai muri della loro cinta e casa, sita di contro la piazza suddetta, ne reclamavano il taglio immediato; dolendosi assieme tempo che i deputati d'Albaro, cui eransi in precedenza rivolti per la bisogna, nulla avessero fatto. Dei religiosi poi neppur verbo, quasi estranei al tutto in materia. Tanto vero, che il 18 marzo gli alberi caddero sotto la scure, loro inconsulti e alla sordina: ma il dì dopo ebbe principio un lungo processo contro i violatori della ecclesiastica proprietà, del quale, come è detto dei precedenti, ne manca la definitiva sentenza. Ce ne duole assai, anche per esaminare il valore storico della iscrizione dai mercanti d'Albaro fatta incidere sur una lapide, murata nella loro loggia. Ce la tramandò il Piaggio (1); diversamente, col marmo, oggi sarebbe anch'essa perita. Diceva così:

D. O. M.

« Instrumentum concessionis ecclesie cum rure s. Lucae de Albario, factae RR. PP. S. Mariae de Castello
» a mm. civibus dicti villegii, servatur in foliatio causarum curiae archiepiscopalis Genuae anni 1722; altera
» copia penes notarium Paulum Franciscum Bacigalupum,
» et Ioannem Stephanum Meliorinum, sub die 30 iunii
» 1722, et altera ad aeternam mm. civium memoriam
» hoc lapide includitur.

» Nota quod praetium arborum caesarum super plateam
» s. Lucae fuit expensum pro reparanda loggia et platea,
» ut ex instrumento notarii Ignatii Mariae Ceresole,
» 12 februarii 1729 et 17 junii 1731.

(1) *Monumenta Genuensia*, Vol. V, p. 338.

» Nota etiam quod M. Benedicta Recagna De-Franchi
» instituit missam unam perpetuam in ecclesia s. Lucae,
» ex eius instrumento recepto per notarium Caietanum
» Pinum, 6 augusti 1724 ».

Questa epigrafe collocata nella parete interna della loggia, con evidente spirito di parte, abbisogna d'una spiegazione nelle tre sezioni in che è divisa, massime nella prima, onde cansar l'equivoco cui dà luogo l'anno scrittovi 1722. Non è già che una nuova concessione della chiesa e villa annessa sia stata fatta ai domenicani di Castello in quell'anno dagli abitanti d'Albaro, ma soltanto la presentazione degli antichi documenti della prima e unica cessione accaduta nel XV secolo, al notaio Migliorini, e da costui autenticati quale ufficiale pubblico, a preghiera e per carico volontario presosene dal magnifico Gio. Battista, come può vedersi dal rogito stesso da me scovato nell'archivio.

(N. 2)

(30 giugno 1722)

In nomine domini amen. Coram me notario et infrascriptis testibus constitutus ill. mus dominus Io. Baptista de Franchis, excell. mi Francisci M., qui ad hoc ut perpetuis temporibus constet, ac omnibus quibus interest etc. clare et evidenter pateat se omni studio, diligentia ac toto posse curasse ex antiquioribus habendi rationem de fundatione capellae, sive oratorii, constructae sub vocabulo s. Lucae evangelistae in quarterio Panigaliae, territorii Albarii extra muros presentis civitatis, ad usum et beneficium nobilium virorum civium huius civitatis, ne eorum memoria pereat, praesentat infrascripta duo documenta, incipientia: unum videlicet: In nomine domine amen. Ven. pater, dominus fr. Porchetti, divina etc. usque ad actum Ianuae in palatio etc. anno 1302 23 iunii, cum aliis duobus actibus diei 7 augusti eiusdem anni, ac verbis in fine dicentibus: Ego Petrus Grullus de Savona notarius etc.

Alterum vero incipientem: In nomine domini amen. Ex hoc publico instrumento universis pateat etc. quod ven. vir, dominus fr. Augustinus de Vintimilio etc. usque ad ea verba dicentia: Actum Ianuae in palatio etc. 1469 22 augusti etc. cum aliis subsequentibus actibus etc. que brevitatis gratia omittuntur etc., eandemque presentationem fecisse et facere declarat omni meliori modo etc. De quibus omnibus etc. per me Io. Stephanum Meliorinum notarium.

Actum Genuae, in una ex mansionibus domus solitae habitationis praedicti ill.mi domini Io. Stephani de Franchis, sita in vicinia ecclesiae s. Sebastiani de Papia, anno a nativitate domini MDCCXXII, indict. decimaquarta secundum etc., die martis, trigesima iunii, in vespertis, presentis testibus dom. Ignatio Costa q. dom. Io. Iacobi, et Carolo Antonio Pellegrini q. Laurentii, testibus vocatis etc.

Circa il prezzo ricavato dalla vendita a precipizio fatta, lo stesso giorno, del taglio degli alberi, ne consta dagli atti processuali poco sopra citati, che fu di lire ducento cinquanta fuori banco, moneta d'allora, e d'ordine superiore rimasero a mano di terza persona. La sentenza avrà definito cui appartenessero, ma l'atto del notaio Ceresola andò perduto. Da ultimo il lascito della Recagno non è conteso; se non che è anche certo il rifiuto dato al riguardo dai padri nostri, padroni della chiesa.

Oltre le su narrate brighe e molesti contrasti procurati da astiosi vicini o villeggianti, la chiesa e annesso convento patirono altre iatture nelle guerre combattute a mezzo il secolo XVIII. Ne tace la cronaca nostra domestica, non più proseguita che a sbalzi dalla morte del p. Giovi in poi; supplisce però la patria storia. Narra il Giscardi, autore quasi contemporaneo, che « per l'ostile invasione fattasi nel mese di giugno 1747 dall'armata tedesca, con piemontesi ed inglesi, per mare, tra le altre cose preziose levate da quei barbari nelle chiese e seco

portatesi, una fu la grande e preziosa tavola rappresentante la Epifania del Signore, dipinta dal celebre Luca d' Olanda. Dopo la partenza dell' esercito suddetto da queste parti d'Albaro, in questa casa di s. Luca fu trovato scritto a lapis in un foglio ciò che segue :

« Miraberis forsitan, lector charissime, cur nos Germani
» post tot armorum progressus e s. Martino discesse-
» rimus, desistendo ab oppugnatione urbis Genuae. Non
» mirare. Meo sacerdotali iudicio subtracta est a nobis
» manus Dei. Punit nos Dominus ob ingentem audaciam
» aliquorum militum, qui non erubescunt ipsis nunc ec-
» clesiis violentas inferre manus, resque Numini dicatas
» profanare. Clamo ego contra hanc temeritatem iteratis
» vicibus, utinam cum effectu : miserere nostri Do-
» mine.

» RR. PP. Dominicani scire vultis quisnam praesum-
» pserit accipere ex ecclesia vestra arae maioris imagi-
» nem? Haeretici erant illi. Nolite proinde illud catholicis
» adscribere. Nam si exercitus noster constaret ex puris
» catholicis, certe non tam crudeliter actum fuisset in
» ecclesiis. Deus velit omne damnum resarcire, quod
» passi estis in monasterio s. Lucae. Deus det nobis
» suam pacem ».

Commendevolissime parole, uscite certo dalla penna d' un cappellano militare, dotato il cuore di un' esimia pietà e di delicato sentire.

I domenicani rimasero tuttavia in s. Luca sino alle rivolture del secolo scorso, e più non vi erano il 15 febbraio del 1799, dice il precitato autore, il quale prosegue : « I poderi furono acquistati dal patrizio Giuseppe De Franchi, da cui per eredità passarono al marchese

Antonio Brignole-Sale; ma la chiesa fu esclusa, e rimase proprietà del Demanio. Intorno al 1823 il priore di s. Sisto in Genova, Angelo Traverso, maturava l'idea di rifare l'ormai cadente sua chiesa, e a pro' della meditata ricostruzione domandò e ottenne da re Carlo Felice, per venderla, la chiesuola di s. Luca. Quando l'ebbe, tosto la cedè per lire 3600 al marchese Brignole-Sale anzidetto, il quale la atterrò nel 1824. Di questa non rimane che ben poco; cioè l'ancona di s. Luca, opera del Palmieri, trasportata su d'un altare a Boccadasse, un antico sacrario che il marchese donava a s. Antonino di Casamavari, ad istanza del parroco di questa chiesa nell'ottobre del 1863, il pozzo del chiostro, e quattro arcate del loggiato di contro, nonchè porzione di convento ora casa colonica, e la lapide della sacristia, che oggidi insieme ad altra meno antica venne fissata al muro di detta casa (1).

Così finiva la sua esistenza il possesso di s. Luca, il piccolo convento cioè e la chiesa annessa, l'uno e l'altra rasi al suolo; e penso che a indurre l'animo pio e generoso del su lodato nobilissimo uomo a demolirli, l'abbia come costretto la condizione miseranda cui era ridotto lo stabile dopo trenta circa anni dal forzato abbandono dei frati, in forza della avvenuta soppressione. Ad ogni modo compensò esuberantemente l'Ordine domenicano, coll'opportuno ricetto dato alle nostre monache nel sontuoso suo palazzo lì presso situato, durante parecchi anni e con splendida liberalità (2).

(1) REMONDINI; *Parrocchie suburbane*, ecc. pag. 29.

(2) Dico opportuno, ma dovrei meglio dire provvidenziale ricetto, pel modo in cui accadde.

Le monache dei ss. Giacomo e Filippo in Genova avendo ricevuto l'ordine

superiore di sgombrare dal monastero entro un ristrettissimo numero di giorni, erano nella disperazione di trovare luogo adatto a rifugio. Partimmo in due schiere di frati da Castello per ambo le riviere in cerca d'asilo. A me con un socio toccò l'orientale. Ero di ritorno nei pressi della basilica di Carignano, quando la provvidenza divina mi fe' incontrare il marchese Antonio Brignole-Sale, cui da tempo conoscevo, e talvolta in Genova o in sua villa a Voltri visitava. Mi s'accostò dicendo che cosa avessi, poichè vedevami annuvolato e triste. Saputo il motivo, alzò la maestosa e candida sua testa, soggiungendo: Ma io sono ancora in vita; sò che devo in certo quale modo una riparazione ai domenicani, per il loro possesso di s. Luca pervenuto in casa mia. Da questo momento il mio palazzo là attiguo è a disposizione delle vostre monache. Annunziate loro che mandino da me persona incaricata della pratica; e così avvenne che, la mercè di quell'impareggiabile patrizio, le suore ebbero gratuito e pacifico asilo nella magnifica magione, che già fu dei De-Franchi, mostratisi, come sopra è narrato, poco benevoli verso i frati.



II.

S. VITO D'ALBARO

I.



GOVERNAVA in quei giorni il monastero di s. Matteo in Genova il benedettino p. Andrea di s. Ambrogio, genovese, e da un bel numero d'anni doveva essere in carica, se già fino dal 9 aprile 1404 si ha sicura notizia di lui come priore, in atti del notaio Antonio Foglietta e in altre carte del tempo (1). Buono, pio e intraprendente, ideò fondare un altro monastero del suo Ordine, oveché gli accadesse trovare il luogo acconcio, in città o in diocesi di Genova; al quale intento aveva pronta la moneta, frutto in parte del privato suo peculio, e in altra parte di limosine procuratesi di sua industria.

(1) D'ORLA IACOPO. *La chiesa di s. Matteo in Genova*, a pag. 175.

Bisognandogli l'autorizzazione pontificia a metter mano all'opera, sullo scorcio dell'anno 1431 ne fece umile istanza al papa, e diceva volere costruire un monastero di benedettini neri, capace di dodici religiosi, dalla fondazione in poi, mai variatone il numero, sotto l'immediato governo d'un priore suo proprio, soggetto però e incorporato il cenobio all'attuale di s. Matteo, e il titolo a dargli, questo di s. Ilarione abbate.

Eugenio IV, avuto il ricorso, emanò una bolla il dì 28 novembre 1431, diretta al prevosto della nostra metropolitana, chi che fosse, incaricandolo di verificare l'esposto nella domanda, e trovatolo vero, a concedere, quale commissario papale, la chiesta facoltà al priore Andrea di procedere, a termine della supplica, alla desiderata erezione.

(N. 1)

(28 novembre 1431)

Eugenius episcopus etc. dilecto filio... preposito ecclesie Ianuen. salutem etc. Piis Christifidelium votis etc.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Andree, prioris monasterii s. Mathei Ianuen., per priorem soliti gubernari, ord. s. Benedicti, petitio continebat, quod ipse, zelo religionis et fervore devotionis accensus, pro eius anime salute, de bonis ad eum ratione persone sue spectantibus, et ab ipso, non per predictum, seu quevis alia monasteria, sive regularia loca vel ecclesias, sibi commissa, sed solum et dumtaxat ex industria propria ac alias licite acquisitis, unum aliud monasterium, quod eiusdem ordinis ac prefato monasterio s. Mathei perpetuo incorporatum, iunctum et annexum esse debeat, cum ecclesia, campanili, campanis, domo, claustro, cemeterio, dormitorio et aliis necessariis officinis, in honorem et sub vocabulo s. Ilarionis abbatis, in civitate vel dioc. Ianuen., fundare, construere et edificare, seu fundari, construi et edificari facere, illudque de bonis eisdem pro duodecim monacis inibi, tam primaria vice quam

imposterum, quotiens de numero illorum aliquem vel aliquos deesse contigerit, per priorem dicti monasterii s. Mathei pro tempore existentem, sub habitu nigro, et per eos in illius manibus emittenda professione regularibus, ad instar monachorum ipsius monasterii s. Mathei successive recipiendis, necnon sub eiusdem prioris pro tempore existentis cura, regimine, gubernatione, superioritate et obedientia in perpetuum Altissimo famulaturis, sufficienter dotare desiderat et proponit. Quare pro parte dicti Andree prioris nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi premissa faciendi licentiam concedere, de benignitate apostolica, dignaremur.

Nos igitur qui iugiter, nostris potissime temporibus, divinum cultum ubilibet augeri, ac religionem huiusmodi propagari, intensis desideriiis, affectamus, pium et laudabile Andree prioris propositum huiusmodi, plurimum in domino commendantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita, eidem Andree priori, de bonis predictis, monasterium, sub vocabulo s. Ilarionis abbatis, cum ecclesia etc. in civitate vel dioc. predictis, in loco ad hoc congruo et honesto fundandi, construendi et edificandi, seu fundari etc., illudque de bonis eisdem pro duodecim monachis etc. dotandi, ut prefertur, diocesani loci et cuiuscumque alterius licentia vel assensu super hoc minime requisitis, iure tamen parochialis ecclesie et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo, licentiam, auctoritate nostra, concedas.

Necnon quod ipsum monasterium de novo fundandum, eo ipso quod sic fundatum, constructum, edificatum et dotatum fuerit, dicti ordinis, ac cum omnibus iuribus etc. prefato monasterio s. Mathei perpetuo incorporatum, iunctum et annexum existat, quidquid in eo tam primaria vice quam imposterum, quotiens de dicto numero aliquem vel aliquos deesse contigerit, singuli ab eodem priore existente pro tempore in monachos et in fratres recipi, et ad instar monachorum monasterii s. Mathei huiusmodi habitum nigrum sibi ab ipso priore exhibendum gestare, ac in eiusdem prioris manibus regularem professionem emittere, ipsius quoque prioris dumtaxat cure, regimini, gubernationi, superioritati et obedientie omnimodis in perpetuum subesse debeant, ut prefertur, eadem auctoritate statuas ac decernas. Non obstantibus etc.

Datum Rome apud s. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo trigesimo primo, quarto calendas decembris, pontif. nostri anno primo.

Passò un anno, e addì 17 novembre 1432 il prevosto genovese, che trovossi essere Marco De-Franchi-Bolgaro, a sua volta diè esecuzione al rescritto pontificio, dopo esatta verifica delle cose, specie dei fondi necessarii alla presunta spesa; i quali fossero anche maggiori dei previsti, v'è detto che il p. Andrea non avrebbe difficoltà in procurarli.

(N. 2)

(17 novembre 1432)

In Dei omnipotentis nomine amen. Ex hoc publico instrumento universis pateat presentibus et futuris, quod nos Marcus de Franchis de Bulgaro, prepositus ecclesie Ianuen., et in iure canonico licentiatius, commissarius apostolicus ad infrascripta specialiter deputatus, iuxta formam litterarum apostolicarum ss. in Xpo patris et domini nostri, domini Eugenii etc., nobis presentatarum per ven. patrem fr. Andream de s. Ambrosio priorem etc., tenorem qui sequitur continentium. Eugenius episcopus etc. *come qui sopra nel documento 1.º*

Post quarumquidem litterarum apostolicarum presentationem etc. fuimus per dictum dominum fr. Andream etc. requisiti, quatenus ad executionem dictarum litterarum etc. procedere curaremus etc.

Nos igitur Marcus prepositus, commissarius etc. volentes mandatum apostolicum etc. exequi, ut tenemur etc., facta per nos prius diligenti inquisitione super contentis in dictis litteris, et per nos comperto a veridicis et fide dignis personis etc. quod dictus dominus fr. Andreas prior predictus, zelo religionis etc., desiderat et proponit fundare etc. unum aliud monasterium quod eiusdem ordinis sit etc. in honorem et sub vocabulo s. Ilarionis abbatis in civitate vel dioc. Ianuen., illudque de bonis eiusdem etc. sufficienter dotare proponit: Constitoque nobis quod ipse dominus prior etc. ex industria persone sue acquisivit multas et diversas summas pecuniarum, ut per instrumenta et scripturas publicas vidimus, et quotidie acquirit,

et ex nunc habeat nonnulla loca in comperis s. Georgii civitatis Ianue, et multo plura potuisset et posset acquirere ex dictis pecuniis, ex industria persone sue acquisitis: et super predictis habita per nos matura et diligenti deliberatione et examine, eidem domino fr. Andree presenti et requirenti, auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, de bonis suis predictis monasterium unum sub vocabulo s. Ilarionis abbatis, cum ecclesia, campanili etc. fundandi, construendi etc. illudque de bonis suis predictis etc. dotandi, ut prefertur, etc. licentiam concedimus et omnimodam potestatem, ac etiam eadem auctoritate apostolica, statuimus et decernimus. Non obstantibus etc.

Acta sunt hec Ianue in studio dicti domini prepositi, posito in claustro ecclesie Ianuen., scilicet in camera eiusdem domini prepositi, commissarii, anno a nativ. domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, indictione decima secundum etc., die decima septima novembris, hora prima, presentibus testibus, domino Dominico Folieta canonico Ianuen., fratribus Francisco de Spinulis et Iohanne de Cambiagio (*sic*) de Mediolano, ordinis Montis oliveti, monasterii s. Ieronimi de Quarto, dioc. Ianuen., ad premissa vocatis.

Ego Barth. Folieta q. Ant.

Con ciò la fondazione in massima era assicurata, e restava soltanto determinare il luogo. In antico le case benedettine stabilivansi ben spesso in paese remoto e in aperta campagna; cosa che agevolò d'assai i saccheggi e le premature rovine di numerose comunità e abbazie, in tempi d'invasioni e di guerre. Il p. Andrea dopo molte ricerche adocchiò un poggio meno lontano dalla città, ma abbastanza solitario e adatto allo spirito contemplativo del suo Ordine, cioè il bellissimo colle di s. Vito, sovrastante alla foce del Bisagno, e di leggiere se ne compiacque. Non del tutto romito per assoluta deficienza di abitanti, bene arieggiato anzi ed aperto alla brezza refrigerante del sottoposto mare, ed ai venti

che scendono dalle gole dell'omonima valle, il monastero avrebbe artisticamente coronato la pendice del monticello su cui veniva a sedere a cavaliere. A vero dire il luogo era delizioso, ottimamente scelto, e a chi lo contempla ancor oggi piace assai veduto d'avvicino, e più ameno e pittoresco appare se da lontano. Vi si accede da due lati oggidi e fors'anche in tempi anteriori, cioè da una rampa verso il paesello di Foce, e dalla via semipiana, modernamente chiamata Lavinia, dalla parte di s. Francesco d'Albaro.

Prese il nome da una cappella quivi esistente ab immemorabili dedicata a s. Vito, di cui si hanno notizie antichissime che ce la mostrano anteriore al secolo decimo. Gli *Atti della Società* nostra riportano una carta del 1079, in cui è cenno di vendita d'una terra *in loco et fundo Albario prope ecclesiam s. Viti*. Ben poteva perciò l'Alizeri asseverare che una chiesa vi esisteva nel 1146, e spettava ai benedettini di s. Stefano, giusta la bolla di Celestino III del 14 febbraio 1193 all'abate di s. Stefano, Guidone, custodita nell'archivio nostro arcivescovile. Forse, nel 1311 era succursale di s. Nazario, trovandosi il suo curato firmato nel *Syndacatus* al n. 29, immediatamente dopo quello di s. Nazario, in questi termini: *Presb. Ianuinus min. s. Victi de Albario*. Lo scrittore che ci fornì questi rapidi cenni fa menzione eziandio d'una lapide del 1293, scoperta non è molto nei sotterranei del palazzo quivi eretto sui ruderi dell'antico edificio, ma essa non mostra abbastanza chiaro d'appartenere a s. Vito (1).

(1) REMONDINI ANGELO. *Parrocchie suburbane di Genova*, a pag. 32. Lo stesso aggiugne che, ancora del 1387, doveva essere ben poca cosa, avendo subito la

Andrea entrò tosto in trattative col proprietario del fondo che continuava essere il monastero di s. Stefano, pur esso benedettino, retto allora dall' abate Giacomo Imperiale, quel medesimo che sei anni dopo divenne arcivescovo di Genova. Non sarebbe stato difficile l' intendersi fra due case monastiche, e per uno scopo così lodevole e di comune vantaggio; se non che l' abate stando sulle mosse per recarsi al concilio generale di Basilea, mal poteva in brevi giorni divisarne i particolari e mandare ad effetto la bisogna. Convocato perciò il capitolo de' suoi monaci, il 17 agosto 1433 con atto pubblico nominò suo procuratore a quell' uopo il p. Girolamo Pendola, il quale in sua assenza trattasse e ponesse fine al negozio. Consisteva essenzialmente non in una vendita, ma sì in una permuta. L' abbazia di s. Stefano dava in proprietà al priore Andrea la terra posta al capo d'Albaro, su cui era la chiesuola di s. Vito, la cui rendita annua non oltrepassava le sette lire genovine d' allora, in cambio di tre edifizii o corpi di case dall' Andrea posseduti vicino alla chiesa delle Vigne, in Sossiglia, dell' annuo reddito di quattro lire e un soldo, più il provento di luoghi due e mezzo nel banco di s. Giorgio, da cancellarsi dalla colonna del priore s. Ambrogio e scriversi su quella di s. Stefano.

(N. 3)

(17 agosto 1433)

In nomine domini amen. Cum venerabilis vir dominus fr. Andreas de s. Ambrosio, prior ecclesie et monasterii s. Mathei Ianuen., ordinis s. Benedicti, requisiverit rev. patrem, dominum fr. Iacobum de Impe-

tassa di Urbano VI in grado minimo di soli 6 danari, tassa infima fra tutte le chiese della città e sobborghi, pari a quella di s. Luca e di s. Giusta in Albaro, come vedesi nel relativo documento.

rialibus, abbatem monasterii s. Stephani Ianuen., eiusdem ordinis s. Benedicti, quod dignaretur et vellet ob reverentiam Dei omnipotentis, beate Virginis et sanctorum eius, secum permutare et cambiare, sive ex causa permutationis et cambii, concedere terrulam, in qua sita est ecclesiuncula s. Viti cum domuncula, sitam in bisanne in capite Albarii, prope et versus fucem bisannis, que sunt dicti monasterii s. Stephani, et cuius ecclesiuncule beneficium est manuale dicti monasterii s. Stephani, sine cura, cum certis terraticis seu iuribus territorii, et certis locis comperarum comunis Ianue propriis ipsius fr. Andree: Cum ipse fr. Andreas, iam pluribus annis elapsis, firmiter proposuerit facere construi monasterium unum, quod subiici et uniri debet dicte ecclesie sive monasterio s. Mathei, et actenus non reperiverit locum qui sibi videatur aptior, et possibilitati sue commodior, quam sit dicta terrula, ecclesiuncula et domuncula, et propter hoc dictus dominus fr. Andreas multam instantiam, fervore et zelo caritatis et Dei, fecerit dicto domino abbati, ut dictum suum desiderium possit impleri:

Ecce predictus dominus abbas, sciens se de proximo necessario accessurum ad sacrosanctum generale concilium Basileen., propter quod non potest vacare nec intendere predictis, motus principaliter ob reverentiam divini numinis, in cuius reverentiam et honorem debet construi dictum monasterium, que est causa valde laudabilis et pia, ac motus precibus et instantia dicti domini fr. Andree, et etiam pro bono et utilitate dicti sui monasterii s. Stephani, in presentia, voluntate et de consensu infrascriptorum fratrum et monachorum dicti sui monasterii, scilicet fr. Ieronimi de Pendula prioris claustralis dicti monasterii s. Stephani et prioris s. Martini de Via, et fr. Gregorii de Verdura, qui soli sunt residentes in dicto monasterio et constituunt conventum dicti monasterii, et dicti fratres et conventus in presentia et auctoritate et consensu dicti domini abbatis, una cum ipso domino abbate convocati in capitulo dicti monasterii sono campanelle, de mandato ipsius domini abbatis, ut moris est, pro infrascriptis specialiter peragendis et nonnullis aliis, commodum et utile dicti monasterii concernentibus:

Sponte et ex certa scientia et nullo iuris et facti errore ducti, sed omni modo iure via et forma quibus melius et validius potue-

runt conducti, coniunctim et divisim fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinauerunt ipsorum ac dicti conventus ac monasterii certum et indubitatum syndicum et procuratorem, actorem, negotiorum gestorem ac nuncium specialem, et quidquid melius de iure fieri et esse potest, dictum religiosum virum, Ieronimum de Pendula presentem, et onus presentis mandati in se sponte suscipientem, et loco ipsorum domini abbatis monasterii et conventus eiusdem, pro ut melius de iure fieri et esse potuit, ad omnia et singula eorum negotia gerenda, tractanda et administranda in iudicio et extra, citra tamen revocationem alicuius alterius ipsorum procuratoris vel syndici, et seu etiam alicuius alterius ipsorum mandati seu mandatorum, que ad cautelam approbant et confirmant, et specialiter ad permutandum et cambiandum, seu permutationem et cambium faciendum nomine ipsorum et sive dicti monasterii de dictis terrula, ecclesiuncula et domo ipsius monasterii, de quibus et pro quibus dictum monasterium s. Stephani annuatim habet libras septem ianuinarum, cum dicto domino fr. Andrea pro terraticis sive iuribus terraticorum trium, positorum Ianue in parrochia sancte Marie de Vineis, loco dicto Suxilia, super quibus posita sunt tria hedificia, quibus coheret, duobus contiguis ex eis, antea carubeus, retro domus quondam Iacobi de Prato, ab uno latere heredum quondam Petri Regis et ab alio Iacobi de Octono, pro pensionibus solidorum quinquaginta trium ianuinarum, et sunt heredum quondam Iacobi de Prato; alii vero coheret antea carubeus, retro domus Ienixii de Rapallo, ab uno latere heredum dicti quondam Petri Regis et ab alio Paganini de Blaxia, et si qui sunt etc., et pro quibus dictus dominus fr. Andreas annuatim habet libras quatuor et solidum unum ianuinarum, et locis duo et dimidio alterius loci comperarum s. Georgii comunis Ianue, distribuendis desuper nomine et columna dicti domini fr. Andree, et scribendis super nomine et columna dicti monasterii s. Stephani sub illis pactis modis formis et conditionibus de et super quibus ipsi syndico et procuratori.... et observatis tractatibus et aliis solemnitatibus debitis et opportunis, videbitur. Et ad exequendum predicta etc. Promittentes etc. Sub ipotheca etc.

Actum Ianue in capitulo dicti monasterii, anno dominice natiuitatis MCCCCXXXIII, indictione decima secundum etc., die decima

septima augusti, in vesperis. Testes, presbiter Donatus de Mari et Manuel Imperialis, cives Ianue, vocati ad hec specialiter et rogati.

Ego Gregorius de Ponte q. Ant. imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus interfui et rogatus scripsi etc.

Partito in realtà l'abate Giacomo, il 26 stesso mese d'agosto si raccolse il capitolo di s. Stefano a consulta, e procedè all'effettivo contratto di permuta; e mai adunanza di frati riuscì più tranquilla di questa, giacchè tutta la comunità constava di due soggetti, lui Pendola Girolamo, avente titolo di priore claustrale di s. Stefano e della propinqua chiesa di s. Martino de Via, e un altro monaco a nome Gregorio Verdura. Forse eranvene altri ancora, i quali non avevano l'abituale dimora in convento, come sembra potersi ricavare dal documento che soggiugniamo.

(N. 4)

(26 agosto 1433)

In nomine domini amen. Congregato et coadunato ven. capitulo dominorum ac religiosorum virorum, monachorum conventus s. Stephani de Ianua, ordinis s. Benedicti, in absentia rev. patris, domini fr. Iacobi de Imperialibus, abbatis dicti monasterii, qui his proxime diebus de ipso monasterio ad sacrum Basileense concilium se transtulit, et hoc de mandato ven. domini fr. Ieronimi de Pendula, prioris claustralis dicti monasterii et s. Martini de Via, tanquam in hac parte procuratoris, et procuratorio nomine, dicti domini abbatis et monachorum et conventus dicti monasterii, ut de eius mandato constat publico instrumento scripto manu mei Gregorii de Ponte, notarii infrascripti, hoc anno die decima septima augusti presentis, ac etiam suo nomine tamquam prior ut supra dicti monasterii, et quorum monachorum qui ad infrascripta intervenerunt in capitulo dicti monasterii et sono campanelle, ut est moris, nomina sunt hec, videlicet: dictus ven. fr. Ieronimus de Pendula, prior claustralis dicti monasterii s. Stephani et s. Martini de Via, et fr. Gregorius de

Verdura, qui soli nunc resident in dicto monasterio et constituunt conventum dicti monasterii:

Proposuit coram eis dictus dominus prior, nominibus predictis, quod cum hoc sit quod dictum monasterium habeat quandam terrulam cum ecclesiuncula s. Viti et domunculam eidem contiguas, sitam in Bisanni in capite Albarii, prope et versus fucem Bisannis, et que sunt dicti monasterii s. Stephani, cuius quidem ecclesiunculae beneficium est manuale dicti monasterii s. Stephani, sine cura, et habet locum unum in compera salis capituli, de quibus et pro quibus dictum monasterium s. Stephani annuatim habet libras septem Ian., quam terrulam, ecclesiunculam et domunculam ven. vir, dominus fr. Andreas de s. Ambrosio, prior monasterii et ecclesie s. Mathei Ianuen. ordinis s. Benedicti, suo proprio et privato nomine requisivit rev. patrem, dominum fr. Iacobum de Imperialibus, abbatem monasterii s. Stephani Ianuen., predicti, eiusdem ordinis s. Benedicti, quatenus dignaretur et velit ob reverentiam Dei omnipotentis, beate Virginis et sanctorum omnium, secum permutare et cambiare, sive ex causa permutationis et cambii eidem concedere cum seu pro terraticis seu iuribus terraticorum trium, positorum Ianue in parrocchia s. Marie de Vineis, loco dicto Suxilia, super quibus posita sunt tria hedificia, quibus coheret duobus contiguis ex eis antea carubeus, retro domus q. Iacobi de Prato, ab uno latere heredum q. Petri Regis, et ab alio Iacobi de Octono, pro quibus solvuntur annuatim sol. quinquaginta tres Ian. pro pensionibus dicto domino fr. Andree, et sunt heredum q. Iacobi de Prato, alii vero coheret antea carubeus, retro domus Iennixii de Rapallo, ab alio latere heredum dicti q. Petri Regis, ab alio Paganini de Blaxia, et si qui sunt seu esse consueverunt veriores confines, pro quo solvuntur annuatim pro pensionibus dicto domino fr. Andree sol. viginti octo Ian. et est dicti Iennixii, et sic sunt in summa libre quatuor et soldus unus Ian. ac etiam nunc, et pro locis duobus et dimidio alterius loci comperarum s. Georgii communis Ian. describendis desuper nomine et columna dicti domini fr. Andree, et scribendis ad ius et nomen ac in columna dicti monasterii s. Stephani.

Cum asserat dictus dominus fr. Andreas iam pluribus annis elapsis firmiter proposuisse se in aliquo loco et specialiter in dicto loco

dictarum terrule, ecclesiuncule s. Viti predicti et domuncule construi facere monasterium unum quod subiici et uniri debet dicte ecclesie sive monasterio s. Mathei, eiusdem ordinis s. Benedicti, subiungens se non invenisse locum qui sibi videatur aptior et possibilitati sue commodior quam sit dicta terrula, ecclesiuncula et domuncula :

Et propter hoc dictus dominus fr. Andreas instantiam, fervore et zelo caritatis et Dei, fecerit dicto domino abbati ut dictum suum desiderium possit adimplere, que omnia suprascripta similiter cum instantia requisivit sibi, ut supra premittitur, concedi per ipsum ven. dominum fr. Ieronimum predictum, habentem ad hoc plenum et sufficiens mandatum a dicto domino abbate et monachis dicti monasterii s. Stephani, ut superius dictum est :

Quibus omnibus expositis et per ipsos monachos et conventum auditis et intellectis, habito super premissis inter eos colloquio ac meditatione matura, omni via, iure et forma quibus melius poterunt et possunt, deliberaverunt quod si et in quantum permutatio, de qua supra, fiat, quod ipsa permutatio potest et videtur redundare ad evidentem commodum et utilitatem dicti monasterii. Quare per presentem tractatum annuerunt, deliberaverunt et consenserunt ipsam permutationem fiendam esse et fieri debere, ac utilem esse ipsi monasterio et conventui. Mandantes dicti dominus prior et monachi, dictis nominibus, per me Gregorium de Ponte notarium infrascriptum confici debere presens publicum instrumentum in fidem et testimonium premissorum, ad laudem unius sapientis de collegio civitatis Ianue, substantia non mutata.

Acta sunt hec Ianue, in capitulo dicti monasterii s. Stephani predicti, anno dom. nativitatis millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, indict. decima sec. Ianue cursum, die vigesima sexta augusti, hora vigesima secunda. Testes, Simon de Moniardino callegarius et Dominicus de Ponsona fornarius, cives Ianue, vocati ad hoc specialiter et rogati.

Ego Gregorius de Ponte q. Ant. etc.

Correva l'uso allora, voluto per avventura dalle leggi canoniche, che un contratto di speciale rilievo fosse

sottoposto a scrutinio di voto ben tre volte, in giorni separati e a sufficiente distanza. Ecco il perchè la permuta in discorso si trova rimessa sul tappeto i di 28 agosto e 1.º settembre successivi, e col medesimo favorevole esito.

(N. 5)

(28 agosto e 1 settembre 1433)

In nomine domini amen. Congregato et coadunato etc. *come sopra*. Iterato proposuit coram eis dictus dominus prior etc. Quare per presentem secundum tractatum annuerunt etc.

Il tutto simile al precedente.

Acta sunt hec Ianue etc., die vigesima octava augusti, hora vigesima prima. Testes, Iacobus de Fontana rubea callegarius et Dominicus de Ponsona fornarius, vocati etc.

In nomine domini amen. Congregato etc. Reiterato proposuit coram eis etc. prout iam secundo tractatu fecit, et de tractatu primo constat publico instrumento scripto manu notarii infrascripti hoc anno die vigesima sexta augusti, et de tractatu secundo constat alio publico instrumento, die vigesima octava eiusdem mensis augusti etc. Quare per presentem tertium tractatum annuerunt etc.

Acta sunt hec Ianue etc. die prima septembris, hora vigesima tertia. Testes *come nel primo trattato*.

Dieci giorni dopo l'ultimo convegno, esaurito ogni incumbente per legge richiesto, avea luogo la perentoria e definitiva cessione fra le parti contraenti, e se ne rogò l'atto notarile che segue.

(N. 6)

(11 settembre 1433)

In nomine domini amen. Ven. vir, dominus fr. Andreas de s. Ambrosio, prior ecclesie et monasterii s. Mathei Ianuen., ordinis s. Benedicti, suo proprio et privato nomine, ex una parte, et ven. vir, dominus fr. Ieronimus de Pendula, prior claustralis monasterii

s. Stephani Ianuen., tamquam procurator et procuratorio nomine, ac etiam tamquam syndicus et sindicario nomine, rev. in Xpo patris domini Iacobi de Imperialibus, abbatis dicti monasterii s. Stephani, ac monachorum et conventus eiusdem monasterii, ut de dictis sindicatu et procura apparet publico instrumento scripto manu Gregorii de Ponte notarii, millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, die decima septima augusti, ex alia parte:

Attendentes requisitionem factam per ipsum dominum fr. Andream dicto domino Iacobo abbati, quod dignaretur et vellet ob reverentiam etc. secum permutare etc. terrulam in qua sita est ecclesiuncula s. Viti, et quedam domuncula, sitam in Bisamni in capite Albarii, versus fucem, cum certis terraticis seu iuribus terraticorum et certis locis comperarum communis Ianue, proprii ipsius fratris Andree: Cumque ipse fr. Andreas iam pluribus annis elapsis firmiter proposuerit etc., et propter hoc ipse fr. Andreas etc. multam instantiam fecerit dicto domino abbati, propter quod idem dominus abbas constituit ad predicta dominum fr. Ieronimum procuratorem etc.: Et successive scientes quod super hanc permutationem, an et qualiter fieri deberet, precesserunt plures tractatus, videlicet tres, iuxta formam trium publicorum instrumentorum scriptorum manu dicti Gregorii, unius hoc anno die vigesima sexta augusti, alterius die vigesima octava dicti mensis, et alterius die prima instantis mensis septembris, in quibus fuit conclusum, quod, attenda causa requisitionis dicti domini fr. Andree, et attenda etiam utilitate dicti monasterii, fiat permutatio prout infra:

Et tandem volentes venire ad conclusionem et effectum dicte permutationis, sponte etc. pervenerunt etc. ad infrascriptam permutationem et cambium. Renunciantes dicte partes etc., videlicet quia dictus dominus fr. Ieronimus etc., ex causa predicta, concessit, dedit etc. dicto domino fr. Andree suo proprio nomine, presenti, stipulanti et recipienti pro se, et quibuscumque habentibus et habituris causam ab eo, dictas terrulam, ecclesiunculam cum domuncula, sitas in loco predicto, quibus coheret antea et ab uno latere via publica, inferius et ab alio latere terra Andree de Ricobono, et si qui sunt etc., cum loco uno comperarum salis capituli, scripto in cartulariis dicte compere in compagna Castri, super dicta eccle-

siuncula, ex quibus ecclesiuncula, terrula et domuncula percipiebantur annuatim libre septem Ian., ex loco vero percipiebantur annuatim proventus dicti loci, prout solita sunt reddere loca dicte compere, ad habendum etc. prout in requisitione eiusdem domini fr. Andree continetur.

Ex adverso vero dictus dominus fr. Andreas, suo proprio et privato nomine, concessit, dedit etc. dicto domino fr. Ieronimo, dictis sindicario et procuratorio nominibus, presenti, stipulanti etc. in locum et vicem dictarum terrule, ecclesiuncule, loci et domuncule, tria terratica seu iura trium terraticorum, sitorum Ianue in parrochia s. Marie de Vineis, loco dicto Suxilia, super quibus posita sunt tria hedificia, quorum duobus contiguis coheret etc. *come sopra*, iuxta formam duorum publicorum instrumentorum, scriptorum unius manu Rolandi de Laneriis de Uvada notarii anno MCCCCXXII die X ianuarii, et alterius manu Ioannis de Alegro notarii anno MCCCCXXI die VI martii. Item loca duo cum dimidio alterius loci comperarum s. Georgi communis Ianue, describenda desuper nomen et columna dicti domini fr. Andree, et scribenda super nomen et columna dicti monasterii, cum pagis et proventibus ipsorum inchoandis MCCCCXXXIII in calendis februarii, de quibus responderi debeat dicto monasterio s. Stephani in perpetuum etc. ad habendum etc. Possessionem quoque dictarum terrule, ecclesiuncule, domunculae et loci dictus dominus fr. Ieronimus, dictis sindicario et procuratorio nominibus, eidem domino fr. Andree presenti et solemniter stipulanti, dedit et tradidit etc., quam accipere et acceptam in se retinere possit et valeat idem dominus fr. Andreas etc. Ex adverso vero etc.

Quam siquidem permutationem seu cambium etc. dicte partes etc. promiserunt et solemniter convenerunt in perpetuo tenere ratam, gratam etc. Sub pena etc. Et sub ipotheca etc.

Quibus omnibus etc. rev.mus in Xpo pater etc. Petrus dei gratia archiepiscopus Ianuen. pro tribunali sedens etc., presentem permutationem admittens, suam et curie archiepiscopalis auctoritatem interposuit, pariter et decretum etc.

Acta sunt hec omnia suprascripta Ianue in prima sala palatii archiepiscopalis de s. Laurentio, in presentia dicti rev.mi in Xpo pa-

tris etc. Petri, archiep. Ianuen., anno dom. nativitat^s MCCCCXXXIII indict. decima secundum etc., die veneris, undecima mensis septembris, hora tertia. Presentibus testibus, Iuliano. Picembono, et Ioanne Ramella, ambobus pelissariis, civibus Ianue, vocatis ad hoc specialiter et rogatis.

Ego Gregorius de Ponte q. Ant. etc.

Ego Barth. Folieta q. Ant. sac. imper. auct. notarius ac curie archiep. Ianuen. scribe etc.

Senza alcun indugio il priore Andrea pigliava legale possesso del suo nuovo acquisto il di 13 stesso mese, colle cerimonie solite in casi simili, descritte nel relativo documento.

(N. 7)

(13 settembre 1433)

In nomine domini amen. Cum verum sit, quod hoc anno die undecima septembris facta fuerit quedam permutatio et cambium inter ven. virum, dominum fr. Andream de s. Ambrosio, priorem etc, suo proprio nomine, et religiosum virum, dominum fr. Ieronimum de Pendula priorem claustralem etc. de qua constat publico instrumento scripto manu dicti Gregorii et Barth. Foliete notariorum MCCCCXXXIII. die XI instantis mensis septembris; in quo inter cetera continetur in effectu quod ipse dominus fr. Andreas sua propria auctoritate et sine alicuius iudicis, officii vel magistratus auctoritate etc. possit corporalem possessionem accipere de quadam terrula, ecclesiuncula ac domuncula, permutatis et contentis in instrumento dicte permutationis :

Idcirco universis pateat et singulis presentibus et futuris, quod idem dominus fr. Andreas in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, vigore instrumenti dicte permutationis, auctoritate propria, apprehendit possessionem dictarum ecclesiuncule, terrule, et domuncule per actus infrascriptos, accedens ad altare maius ipsius ecclesiuncule, ac capiendo pannos ipsius altaris in manibus suis, sonando campanam eius et sedendo in choro dicte ecclesiuncule, videlicet in prima sede dicti chori in latere dextro; ac simi-

liter aperiendo et claudendo portas domuncule et ecclesiuncule, ac demum capiendo de frondibus arborum dicte terre, in signum vere possessionis, ibique etiam personaliter celebrando missam, ut de cetero possit et libere valeat gaudere quiete et pacifice predictis ecclesiuncula, terrula et domuncula, contradictione alicuius in aliquo non obstante. Mandans de predictis omnibus per me Gregorium de Ponte, notarium infrascriptum, confici debere presens publicum instrumentum, in fidem et testimonium veritatis omnium premisorum.

Acta sunt hec extra Ianuam in villa Albarii, videlicet in dicta ecclesiuncula, anno dom. nativ. MCCCCXXXIII, indict. decima secundum etc., die dominica, decimatertia septembris, hora prima. Presentibus testibus, domino Petro de Franchis Iulla, Iuliano Leardo, Iohanne de Paxano et Bernardo Tarigo, omnibus civibus Ianue, vocatis ad hec specialiter et rogatis.

Ego Gregorius de Ponte q. Ant. etc. etc.

Avanti due giorni però erasi fatto il regolare e convenuto trapasso dei due luoghi e mezzo, nel banco di s. Giorgio, dalla colonna del priore s. Ambrogio al monastero di s. Stefano, e lo scrivano delle Compere sotto il 22 ne dava partecipazione al primo.

(N. 8)

(11 e 22 settembre 1433)

Reperitur in cartulario locorum comperarum s. Georgii, anni de MCCCCXXXIII, in compagna Porte, cartis LIII, inter cetera ut infra:

D. Fr. Andreas de s. Ambrosio suo proprio et privato nomine, et non nomine alicuius beneficii vel dignitatis:

Libre sexcente quinquaginta, sive lib. DCL.

Cum obligatione quod dicta loca ac proventus possit dictus fr. Andreas dicto nomine quomodocumque et qualitercumque, quocumque alienationis titulo alienare, vendere et obligare etc., ut in alio continetur.

MCCCCXXXIII die XI septembris.

Descripta sunt loca duo cum dimidio ex predictis desuper dictum dominum fr. Andream, et scripta sunt super monasterium s. Stephani de Ianua, in alio cartulario Castri, cartis CLXXXVIII, cum paga maii de CCCCXXXIII et aliis venturis, titulo permutationis, in observatione instrumenti scripti hoc anno, die predicta, XI septembris, manu Barth. Foliete et Gregorii de Ponte notariorum. Et hec facta sunt de mandato dicti domini fr. Andree presentis et sic volentis. Testes, Sorleonus Lomelinus d. Caroli et Branca de Bagnaria, notarius.

MCCCCXXXIII die XXII septembris.

Extractum est, ut supra, de suprascripto cartulario per me notarium infrascriptum, ad instantiam et requisitionem dicti domini fr. Andree.

ANTONIUS DE RICOBONO notarius
et dictarum comperarum scriba.

Presentossi una lieve difficoltà, tolta subito di mezzo mediante la generosa largizione del pio fondatore. La piccola terra circostante la cappella di s. Vito fino dal 3 marzo 1420 era stata locata a un tale Battista Delfino, dei signori da Passano, ora defunto, ma rappresentato dalla vedova Isabella Maruffo. Costei non trovandosi in grado di far coltivare il podere, sul quale d'altronde armava un diritto, e neppur capace di sostenere le spese della lite già iniziata contr'essa dal priore Andrea, credè miglior partito l'acceptare l'offerta fattale da lui del frutto d'un luogo in s. Giorgio, sua vita durante e della propria figlia Novellina, e così sino dal nascere ebbe fine il piato, cioè il 19 gennaio 1434.

(N. 9)

(19 gennaio 1434)

In nomine domini amen. Isabella, filia q. Raphaelis Maruffi, et uxor q. Baptiste de Delfinis, de dominis de Passano, habens notitiam plenam, et certam scientiam de quodam publico instrumento locationis, facte dicto q. Baptiste, tunc viventi, per rev. in Xpo patrem, dominum Iacobum de Imperialibus, Dei et apostolice sedis gratia abbatem monasterii et conventus s. Stephani de Ianua etc., scripto manu q. Quilici de Albingana notarii anno MCCCCXX, die III martii, ac transcripto et signato manu Ilarii de Benedicto notarii etc.; nec non de quodam alio publico instrumento permutationis et cambii facte et facti de terra, domo et possessione, contentis in predicto instrumento locationis, et etiam de ecclesia s. Viti de Albario sita prope dictam terram etc., per ven. virum, dominum fr. Ieronimum de Pendula priorem etc. cum ven. religioso, domino fr. Andrea de s. Ambrosio priore etc. pro monasterio construendo etc.:

Sciensque et advertens dicta Isabella prefatum dominum fr. Andream priorem in executione contentorum in dicto instrumento permutationis, obtinuisse etc. corporalem possessionem etc. supradictarum ecclesie, domus, terre et possessionis, de quibus supra constat: Sciensque etiam dicta Isabella quod, occasione predicta, prelibatus dominus fr. Andreas eandem Isabellam iam convenit coram ven. domino vicario curie archiepiscopalis etc.: Et propterea volens etc. dicta Isabella litem et questionem contra se motam per prefatum dominum fr. Andream evitare, ut sic in litigio ipsa Isabella sumptibus, laboribus et expensis non frustetur seu vexetur, potissime attento quod eadem Isabella propter impotentiam et inhabilitatem non posset commode dictas domum, terram, possessionem locatas, ut supra dictum est, manutenere et reparare, ac fodi et laborari facere eis modo et forma de quibus etc. in dicto instrumento dicte locationis constat etc., et etiam ex causa concessionis quam dictus dominus fr. Andreas affert se facturum eidem Isabelle et Noveline filie sue in vita ipsarum et cuiuslibet earum tantum: Sciens etc., abrenuntiat eidem domino fr. Andree priori etc. pro se et quibuscumque in dicto monasterio de proximo construendo

successoribus etc. omnibus et singulis iuribus etc. eidem Isabelle competentibus etc. super dictis domo, terra et possessione dicti q. Baptiste olim viro suo locatis, prout supra etc. Et ad cautelam etc. cessit et transtulit eidem domino fr. Andree etc. omnia et singula iura etc.

Ex adverso vero prefatus dominus fr. Andreas etc., sponte etc. solemniter convenit dicte Isabelle etc. recipienti pro se et dicta Novelina eius filia, tantum in vita ipsarum et cuiuslibet earum tantum etc., obligare etc. redditus et proventus unius loci comperarum s. Georgii etc. Respondentes etc. Que omnia et singula etc. etc.

Actum Ianue in palatio comunis etc., anno dom. nativitatis MCCCCXXXIII, indictione XI secundum etc., die martis, decimona mensis ianuarii, in tertiis. Presentibus testibus, Lodixio Tarigo notario, et Barth. de Benedicto q. Franc., civibus Ianue.

Ego Iohannes de Pineto fil. q. Christoph. etc.

L' accettazione fu tosto seguita dalla voltura del predetto luogo di s. Giorgio, intestato alla vedova Isabella e figlia, nel cartolario del banco, giusta la promessa data e accettata.

(N. 10)

(17 febbraio 1434)

Reperitur in cartulario locorum comperarum s. Georgii anni presentis de MCCCCXXXIII, in cartis CV compagne Castri, inter cetera ut infra:

Fr. Andreas de s. Ambrogio, q. Andrioli, suo proprio et privato nomine et non alieno, etiam alicuius prebende, beneficii seu dignitatis.

Libre mille sexcente, sive MDC.

Tali modo et forma quod dictus dominus fr. Andreas possit loca duodecim ex predictis vendere etc. ut in alio continetur.

.....

MCCCCXXXIII die XVII februarii.

Respondeatur de proventibus loci unius ex predictis Isabelle uxori q. Baptiste de Dalphinis (sic), de Passano q. Quilici absentis, in vita

ipsius Isabelle tantum et quamdiu vixerit, et post obitum dicte Isabelle, supervivente Novelina filia dicte Isabelle, et dicti q. Baptiste iugalium, respondeatur de dictis proventibus ipsi Noveline in vita ipsius Noveline tantum, quibus defunctis presens obligatio sit cassa et nulla et cassari et annullari debeat: et hoc in observatione instrumenti scripti manu Iohannis de Pineto notarii, anno presenti de MCCCCXXXIII die XVIII ianuarii. Et hec facta sunt de mandato dicti domini fr. Andree presentis et sic volentis. Testes, Iohannes de Darphinis de Passano q. Baph. et Iohan. Ruscha de Savona.

MCCCCXXXIII die III aprilis.

Extractum est ut supra de supradicto cartulario per me notarium infrascriptum, ad instantiam et requisitionem dicti domini fr. Andree.

ANTONIUS DE RICOBONO notarius
et dictarum comperarum scriba.

Qui finisce il primo periodo, che diremmo di progetto e di compera, iniziato sotto eccellenti auspizii, non coronato poi da lieto fine, come si vedrà in appresso.

II.

A fondare una casa religiosa se occorrono mezzi pecuniarii, in proporzione all'ampiezza cui vuolsi condurla, manifesta cosa è abbisognare anzitutto il personale necessario ad abitarla, per introdurvi lo spirito di osservanza regolare, che malamente puossi raggiungere con pochi soggetti, per quanto volenterosi e buoni.

La prima condizione, come vedemmo, non sembra aver fatto ostacolo da bel principio alla intraprendenza e reciso volere del priore s. Ambrogio, ma altrettanto non fu al riguardo della seconda. Lui che presumeva introdurre in s. Vito, divenuto monastero di s. Ilarione, dodici monaci benedettini, pare non trovasse nel suo

istituto neppur uno che gli si volesse accompagnare. Certo è aver egli dovuto cercar un socio, almeno, nell'incominciata impresa in un religioso d'altro ordine, cioè nel p. Benedetto Carletti, frate agostiniano del convento di s. Tecla, più comunemente conosciuto sotto il titolo di s. Agostino, presso piazza Sarzano. Messisi d'accordo i due ecclesiastici, alla condizione eziandio che il nuovo aggregato concorresse col suo modesto peculio all'impianto della casa, si decise il passaggio del Carletti all'Ordine di s. Benedetto con l'autorizzazione pontificia, chiesta e ottenuta da Eugenio IV, che gli indirizzò la bolla seguente.

(N. 1)

(24 marzo 1435)

Eugenius episcopus etc. dilecto filio Benedicto de Carletis, ordinis fratrum heremitarum s. Augustini, domus s. Tecele, Ianuen. professori, salutem etc. Religionis zelus etc.

Cum itaque sicut exhibita nuper nobis pro parte tua petitio continebat in ordine fratrum heremitarum s. Augustini, cuius professor existis, et certis rationabilibus causis cum sana conscientia et mentis quiete nequeas remanere, et propterea ad monasterium s. Ilarionis de Albario, ordinis s. Benedicti, Ianuen. dioces., quod nuper per priorem s. Mathei Ianuen. eiusdem ordinis s. Benedicti, pro illius monacis sub regulari observantia vivere volentibus constructum est, te transferre, ac pro ipsius monasterii, in quo sub huiusmodi observantia Altissimo perpetuo famulari desideras, conservatione et augmento, certam partem bonorum tuorum exponere cupias, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi ad dictum monasterium transeundi licentiam, de benignitate apostolica, elargiri dignaremur.

Nos itaque, qui salutem querimus singulorum, volentes te qui presbiter es, premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratioso, huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi ut de dictis domo et ordine fratrum heremitarum ad ordinem s. Benedicti et

monasterium huiusmodi, dummodo illius prioris et conventus accedat assensus, tui superioris petita, licet non obtenta, licentia, transeundi, ac in eo sub huiusmodi observantia perpetuo remanendi, fel. recordationis Martini pape V, predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus, necnon statutis etc. nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica, plenam et liberam licentiam elargimur. Volumus autem quod inhabilis ad quecumque beneficia obtinenda existas. Nulli ergo omnino etc. Si quis autem etc.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, nono calendas aprilis, pont. nostri anno sexto.

L. DE SEBIACIUS.

Come leggesi nello scritto papale, doveva il p. Carletti domandare al suo superiore agostiniano il permesso di mutare istituto, e anche non avutolo, poteva effettuarlo; ed è ciò che, come d'uso in casi simili, accadde, due mesi precisi dalla data della bolla.

(N. 2)

(24 maggio 1436)

In nomine domini amen. Honestus religiosus, fr. Benedictus de Carletis, ord. fr. heremitar. s. Augustini, domus s. Tecele, Ianuen. professor, constitutus in presentia ven. et honesti religiosi, domini fr. Petri de Neapoli, prioris dicte domus et conventus s. Tecele, Ianuen., ordinis predicti s. Augustini, eidem presentavit, intimavit, insinuavit et notificavit, ac per me notarium infrascriptum legi et publicari fecit literas apostolicas ss. in Xpo patris et domini, domini Eugenii, divina providentia pape quarti, datas Florentie etc. quarum tenor de verbo ad verbum sequitur, et talis est: Eugenius episcopus etc. *come sopra nel documento N. 1.*

Post quarum quidem apostolicarum litterarum presentationem et intimationem, ut supra, factas dicto domino fr. Petro de Neapoli, priori dicte domus et conventus s. Tecele, Ianuen., ordinis predicti s. Augustini, superioris dicti fr. Benedicti, dictus fr. Benedictus humiliter eidem domino fr. Petro priori licentiam requisivit de

dictis domo et ordine fr. heremitarum transeundi ad ordinem s. Benedicti, et ad monasterium s. Ilarionis de Albario eiusdem ordinis s. Benedicti, Ianuen. diocesis, et in omnibus et per omnia prout in suprascriptis apostolicis litteris continetur. Quibus dictus fr. Petrus, prior predictus, nullum voluit dare responsum. De quibus dictus fr. Benedictus rogavit me notarium infrascriptum ut de predictis presens conficiam instrumentum, in fidem et testimonium premissorum.

Actum Ianue, in claustro superiori domus predicte s. Tecele, Ianuen., anno dominice nativitatibus MCCCCXXXVI, indictione XIII secundum etc., die veneris, vigesima quarta maii, ante tercias. Presentibus testibus, ven. viro domino Petro Nicolao de Podio, Ianuen., Iohanne de Carezano de Terzona, textore pannorum septe, filio Marcelli. . . . et Nicolao de Petrarugia, filio Dominici, habitatoribus Ianue, ad premissa vocatis et rogatis.

Ego Baptista de Calestano etc.

In quella che il buon priore Andrea s'argomentava di dare prossimo cominciamento e impulso alla fabbrica della chiesa dapprima e poi del vagheggiato monastero, ecco che morte inesorabile venne a troncargli sul più bello lo stame di sua vita, lasciando l'edifizio della cappella di s. Ilarione ad alquanti metri fuori terra, e quello del convento ancora da iniziare. Morì nei primi mesi del seguente anno 1437, e gli successe nel priorato di s. Matteo il piacentino Antonio Cortese.

La condizione del p. Carletti, a seguito di quel decesso, presentavasi grave assai, inabilitato com'era, in virtù della bolla pontificia del 24 marzo 1435 ad ottenere qualsiasi beneficio o dignità ecclesiastica; ma si fe' coraggio e invocò di bel nuovo l'autorità del papa, presso il quale è luogo a credere noverasse qualche influente personaggio. Richiese adunque per se la carica e il titolo

di priore del monastero a fondarsi, il quale non più unito e incorporato fosse a quello di s. Matteo, ma solo dipendente quanto alla cura d'anime dei suoi inquilini; che il numero primitivo di dodici monaci si riducesse a sei, non bastando a un maggior numero le rendite lasciate dallo spento s. Ambrogio. Ciò ottenendo, avrebbe aggiunto altro danaro del suo peculio per una più pingue dotazione del cenobio. Eugenio IV con una seconda bolla del 13 maggio 1437, accolto il ricorso, incaricava dell'istruzione dei fatti, e giudizio della cosa, i prevosti delle tre chiese di s. Giorgio, ss. Cosma e Damiano, e ss. Nazario e Celso in Genova, uniti o separati.

(N. 3)

(13 maggio 1437)

Eugenius episcopus etc. dilectis filiis, s. Georgii et ss. Nazarii et Celsi, ac ss. Cosme et Damiani, Ianuen. ecclesiarum prepositis, salutem etc.

Apostolice sedis etc. Dudum siquidem pro parte q. Andree, prioris monasterii s. Mathei, Ianuen., per priorem soliti gubernari, ord. s. Benedicti, nobis exposito quod ipse de bonis ad eum ratione persone sue spectantibus quoddam alium monasterium dicti ordinis, quod eidem monasterio s. Mathei perpetuo incorporatum et annexum existeret, sub vocabulo s. Ilarionis abbatis, construere et edificare, seu construi et edificari facere, et pro duodecim monacis coloris nigri habitum deferentibus sufficienter dotare proponebat: Nos dilecto filio preposito ecclesie Ianuen., eius proprio nomine non expresso, per alias nostras litteras dedimus in mandatis ut, si esset ita, prefato Andree priori huiusmodi aliud monasterium construendi et edificandi, seu construi et edificari faciendi ac dotandi, ut prefertur, et nonnulla alia faciendi, auctoritate nostra licentiam largiretur, prout in ipsis litteris plenius continetur.

Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Benedicti de Carletis, monaci monasterii dicti s. Ilarionis, loci de

Albario, eiusdem ordinis, Ianuen. diocesis, petitio continebat, prefatus Andreas prior a dilecto filio Marco de Franchis de Bulgaro, preposito dicte ecclesie, qui ad executionem dictarum litterarum iuxta illarum formam processit, premissa omnia faciendi et adimplendi obœnta licentia, illius vigore monasterium s. Ilarionis huiusmodi in loco predicto, cum ecclesia, campanili, campanis, domo, claustro, cimiterio, dormitorio et aliis necessariis officinis, ita ut illius monachorum receptio ad ipsum, et pro tempore existentem dicti monasterii s. Mathei priorem pertineret, ipsique monaci sub eius cura regimine et obedientia existerent, de bonis prefatis construi et edificari, tecto ipsius inibi ecclesie dumtaxat apponi restante, fecerit, eique de bonis eisdem certos perpetuos annuos redditus pro parte dotationis huiusmodi assignaverit, necnon prefatum Benedictum, tunc ordinis fr. heremitarum s. Augustini professorem, vigore quarundam aliarum etiam nostrarum litterarum, per quas eidem Benedicto de ordine fratrum heremitarum ad ordinem s. Benedicti huiusmodi transire, ac in dicto monasterio s. Ilarionis Altissimo famulari, ut asserebat, cupienti, licentiam concessimus, ac volumus quod ipse ad quecumque beneficia ecclesiastica obtinenda perpetuo inabilis foret, in eodem monasterio s. Ilarionis in monachum et in fratrem receperit, ipseque Benedictus post huiusmodi receptionem ac per eum in manibus dicti Andree prioris emissa regulari, per dicti ordinis s. Benedicti monachos emitti solita, professione, nonnullos alios redditus ad eum simili ratione spectantes eidem monasterio s. Ilarionis, postquam illud ex toto completum foret in augmentum dotationis eiusdem obtulerit se daturum, et sicut eadem petitio subiungebat prefatus Andreas prior, monasterio s. Ilarionis huiusmodi non completo, nec alias quam, ut prefertur, per eum dotato decesserit, et tam per ipsum assignati, quam per dictum Benedictum assignandi redditus prefati centum florenorum auri de camera, secundum comunem estimationem valorem annum non excedunt, illique non pro duodecim ipsius Andree prioris ordinationem, sed vix pro sex monachis sufficere dignoscantur, pro parte dicti Benedicti, asserentis se circa constructionem et edificationem huiusmodi plurimum laborasse ac pro illarum votiva consummatione et quod inibi regularis observantia vigeat solerter intendere, dictosque

per eum oblatos redditus in augmentum huiusmodi realiter assignare velle, nobis fuit humiliter supplicatum, ut huiusmodi de novo constructum monasterium in prioratum conventualem, sub huiusmodi s. Ilarionis vocabulo, erigi et institui, illumque, post erectionem et institutionem huiusmodi, sibi conferri mandare, secumque super hoc dispensare, ac alias in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur qui de premissis, per dictum Benedictum expositis, certam notitiam non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati etc., discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum, si et postquam de huiusmodi expositis vobis legitime constiterit, ipseque Benedictus redditus per eum oblatos huiusmodi, ut prefertur, assignaverit, de novo constructum monasterium huiusmodi, sub eodem vocabulo s. Ilarionis, in prioratum conventualem, in quo unus prior et quinque monaci pro tempore existant, qui inibi sub eadem obedientia in perpetuo Domino famulentur, et quorum, necnon regularis eorum professionis receptio ad ipsum inibi priorem, cuius superioritati et obedientie perpetuo subsint dumtaxat pertineat, et qui quidem prioratus prefato monasterio s. Mathei non incorporatus, annexus vel unitus sit, sed ab illo dependeat, cuique ipsorum inibi recipiendorum monachorum dumtaxat animarum cura immineat, auctoritate nostra erigatis et instituatis etc., illumque post erectionem et institutionem easdem, dummodo tunc non sit in eo alicui specialiter ius quesitum, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prefato Benedicto eadem auctoritate conferre et assignare curetis, inducentes per vos vel alium seu alios eundem Benedictum vel procuratorem suum, eius nomine, in corporalem possessionem prioratus, iuriumque et pertinentiarum predictorum, et defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac facientes ipsum Benedictum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prioratum, ut est moris, admitti, sibi que de illius fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Contradictores etc. Non obstantibus etc. Volumus autem quod ipse Benedictus quamprimum, vigore presentium, possessionem prioratus huiusmodi fuerit pacifice assecutus, quinque monachos prefatos simul vel successive

inibi recipere, ac edificationem et alia per eum oblata premissa complere diligentia exquisita procuret. Et insuper, ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari.

Datum Bononie, anno incarn. dom. millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, tertio idus maii, pont. nostri anno septimo.

B. DE MONTE.

Dei tre commissarii chi godeva maggior fama di sapere essendo il prevosto dei ss. Cosma e Damiano, a nome Beltrame Avendamo, esso, d'incarico dei colleghi, procedè all' ispezione delle carte, scritture e atti spettanti al negozio, e dietro esame di fededegni testimonii all' uopo escussi, finì col sentenziare devoluto il priorato di s. Ilarione al p. Benedetto Carletti, staccando il futuro monastero d'Albaro dall'altro di s. Matteo in Genova, conforme il disposto dalla lettera pontificale.

(N. 4)

(3 luglio 1437)

Rev.^{mo} in Xpo patri et domino, domino... Dei et apostolice sedis gratia archiepiscopo Ianuen., eiusque in spiritualibus et temporalibus vicario, seu officiali generali, ac illi vel illis quorum interest, vel intererit etc., Bertramus de Avendamo, prepositus ecclesie ss. Cosme et Damiani, Ianuen., executor ad infrascripta, una cum infrascriptis, nostris in hac parte collegis etc., salutem in Domino etc.

Litteras ss. in Xpo patris et domini nostri, domini Eugenii divina providentia pape quarti, eius vera bulla plumbea etc. nobis, coram notario publico et testibus infrascriptis, per religiosum virum fr. Benedictum de Carletis, monacum monasterii s. Ilarionis de Albario etc. presentatas, nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepisse, huiusmodi sub tenore: Eugenius etc. *come sopra al N. 3.*

Post quarumquidem litterarum apostolicarum presentationem et receptionem nobis etc. factas, fuimus per prefatum Benedictum de Carletis, debita cum instantia, requisiti ut ad executionem dictarum

litterarum etc. procedere dignemur etc. Et quia ex fidedignorum coram nobis per dictum fr. Benedictum ad informandum animum nostrum de et super omnibus et singulis in eisdem litteris apostolicis narratis, testium etc. depositionibus et dictis, invenimus per dictum fr. Benedictum prefato domino nostro pape exposita, vera esse etc., idcirco auctoritate apostolica etc. prefatum de novo fundatum monasterium, sub eodem vocabulo s. Ilarionis, in prioratum conventualem, in quo unus prior et quinque monaci pro tempore existere etc. debeant et teneantur etc., ereximus et instituimus etc., ipsumque fr. Benedictum in corporalem possessionem dicti prioratus, iuriumque et pertinentiarum predictorum, in quantum potuimus, induximus et inducimus per presentes, investientes eundem etc. presentialiter de eodem. Que omnia et singula etc. notificamus etc. Quod si forte etc. Ceterum etc. In quorum omnium etc.

Datum et actum Ianue, in ecclesia nostra prefata ss. Cosme et Damiani, sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, indictione quartadecima secundum etc., die mercurii, tertia iulii, ante tertias, pontificatus prefati domini nostri, domini Eugenii pape quarti anno septimo. Presentibus ibidem, ven. viro presbitero Dominico de Rapallo, capellano in dicta nostra ecclesia et providis et discretis viris Iohanne Ramella pelipario q. Iacobi et Aymano Malocello q. Iuliani, civibus Ianuen., testibus ad premissa vocatis etc.

Ego Baptista de Calestano etc.

E lo stesso giorno 3 luglio 1437 recatosi da Genova ad Albaro non più l'Avendamo, ma il prevosto di s. Ambrogio Tiberio Guasconi, in qualità di suddelegato, colle solite cerimonie immetteva il p. Carletti nel reale e corporale possesso della vecchia e nuova cappella di s. Vito e di s. Ilarione.

(N. 5)

(13 luglio 1437)

In nomine domini amen. Ex hoc publico instrumento universis pateat etc., quod ven. vir, dominus presbiter Tiberius de Goasconibus,

prepositus ecclesie s. Ambrosii, Ianuen., subdelegatus apostolicus ad infrascripta, deputatus per ven. virum, dominum Beltramum de Avendamis, prepositum ecclesie ss. Cosine et Damiani, Ianuen. etc., requisitus virtute et in observantiam prefatarum litterarum apostolicarum ac dicti processus per religiosum virum, dominum fr. Benedictum de Carletis priorem etc. : Volendo mandatis dicti domini executoris, imo verius apostolicis, tamquam obedientie filius obedire, accedens ad prefatum monasterium et ecclesiam s. Ilarionis de Albario, sibi que lectis dictis apostolicis litteris per me notarium infrascriptum, una cum dicto processu, non vitiatas etc. omni iure etc., dictum dominum fr. Benedictum de Carletis priorem etc. presentem et petentem se immitti in corporalem possessionem dicti monasterii et ecclesie, s. Ilarionis de Albario, ac iurium et pertinentiarum et bonorum eiusdem per dictum dominum presbiterum Tiberium, apostolicum subexecutorem prefatum, in actualem, realem et personalem possessionem dicti monasterii et ecclesie s. Ilarionis de Albario ac iurium etc., induxit et immisit per intromissionem ecclesie dicti monasterii, tam veteris quam nove, traditionemque pannorum altaris ecclesie veteris, funis campanule etc., ipsum etiam introducendo in ecclesiam novam dicti monasterii nondum copertam etc. De quibus omnibus dictus dominus prepositus, apostolicus subexecutor prefatus mandavit, dictusque dominus, fr. Benedictus, prior, rogavit per me notarium infrascriptum fieri debere presens publicum instrumentum, in fidem et testimonium premissorum.

Acta sunt hec in ecclesia vetera dicti monasterii s. Ilarionis, alias vocata s. Viti de Albario, ac in dicta ecclesia nova, anno dom. nativ. millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, indictione quartadecima secundum etc., die mercurii, tertia mensis iulii, circa horam nonam, presentibus testibus, ven. viris, presbiteris Antonio Boiano, rectore ecclesie s. Michaelis de Marino, dioc. Ianuen. et Petro de Rachilla capellano in ecclesia s. Donati, Ianuen. ac Perrino Gentile q. Ant., Iacobo de Albareto q. Barth. et Augustino de Coronato, Barth., civibus Ianue, ad premissa vocatis et rogatis.

Ego Baptista de Calestano etc.

Fino a questo punto s'era mantenuta estranea la curia locale, dal cui intervento avea il papa dispensato le persone e corpi contraenti. Senti però allora il p. Carletti il bisogno di un' autorizzazione diocesana per la ratifica e autenticità delle lettere apostoliche, come pure del regolare e canonico suo insediamento in s. Ilarione; e l'ebbe sotto l' 11 luglio 1437 dal vicario arcivescovile, Michele Germani, vescovo di Mariana in Corsica.

(N. 6)

(11 luglio 1437)

In nomine domini amen. Presentis rescripti publici serie, cunctis pateat evidenter quod nos Michael de Germanis, Dei et apostolice sedis gratia episcopus Marianen., ac rev.mi in Xpo patris ac domini, domini Georgii, eadem gratia archiepiscopi Ianuen. vicarius in spiritualibus generalis, vidimus, tenuimus et diligenter inspeximus litteras apostolicas ss. in Xpo patris ac domini, domini Eugenii divina providentia pape quarti, eius vera bulla plumbea cum cordula canapis etc. et per ipsum dominum papam quondam ven. domino fr. Andree, priori monasterii s. Mathei, Ianuen, ordinis s. Benedicti, super foundationem et constructionem monasterii seu prioratus sub vocabulo s. Ilarionis abbatis, in civitate vel dioc. Ianuen. per ipsum dominum priorem tunc fundandi et construendi concessas, nec non quasdam litteras sive quoddam publicum instrumentum licentie concessas, auctoritate predictarum litterarum apostolicarum, dicto q. priori de fundando dictum monasterium per dominum Marcum de Franchis, prepositum ecclesie Ianuen., illarum executorem, subscriptas et publicatas, seu subscriptum et publicatum manu Barth. Foliete notarii millesimo quadringentesimo tricesimo secundo, die decima septima novembris. ac sigillo pendenti archiepiscopalis curie Ianuen. munitas, etiam sanum et integrum et in nulla sui parte suspectum, coram nobis notario publico et testibus infrascriptis per ven. virum fr. Benedictum Carletum, priorem prioratus s. Ilarionis de Albario, Ianuen. dioc., presentatas, exhibitas et productas, ac presentatum et productum.

Et quarumquidem litterarum apostolicarum et aliarum litterarum seu instrumenti licentie huiusmodi, tenor de verbo ad verbum sequitur, ut infra. Et primo litterarum apostolicarum. Eugenius episcopus etc. *come sopra nel documento N. 1 a pag. 464.*

Aliarum vero litterarum, sive instrumenti licentie, tenor sequitur in hec verba. In Dei omnipotentis nomine amen. Ex hoc etc. *come sopra nel documento N. 2 a pag. 466.*

Post quarumquidem litterarum apostolicarum et instrumenti huiusmodi presentationem, exhibitionem et productionem, nos Michael episcopus, et vicarius antedictus, ad instantiam et requisitionem prefati fr. Benedicti Carleti prioris etc., petentis litteras apostolicas et instrumentum huiusmodi transumi seu transcribi et in formam publicam redigi, mandavimus et fecimus per Ieronimum Carregam notarium publicum et archiepiscopalis curie Ianuen., loco Dominici de Bargono notarii dicte curie scribe, presentialiter a civitate et dioc. Ianuen. absentis, in hac parte scribam infrascriptum, illasque et illud autorizavimus et presentium tenore autorizamus; ipsumque eandem vim et auctoritatem habeat quemadmodum originale litterarum et instrumenti predictorum; predictis omnibus et singulis nostram et archiepiscopalis curie auctoritatem interponentes pariter et decretum. Mandantes in testimonium premissorum infrascriptis Andree Teste de Uvada et Christophoro de Rapallo, notariis publicis Ianuen., ut huiusmodi transcripto una cum Ieronimo se subscribant, et illud soliti sigilli dicti archiepiscopalis curie appensione muniri, etiam in testimonium omnium premissorum.

Datum et actum Ianue in palatio archiepiscopali de s. Laurentio, in pontili prope capellam beati Gregorii, anno a navitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, indictione quarta decima secundum etc., die vero Iovis, undecima iulii, paulo post vespere, presentibus testibus, ven. viris presbiteris Georgio de Cervo, rectore ecclesie s. Silvestri, Iohanne de Riparolio, ministro ecclesie s. Marci, Ianuen., et Manuele de Campis de Albingana, capellano nostro, ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Ieronimus Carrega q. Io. publicus imper. auctoritate notarius etc.

Ego Andreas Testa de Uvada, Bartholomei, publicus etc.

Ego Christophorus de Rapallo, q. Barth. publicus etc.

Col precedente decreto pareva dovesse riposare tranquillo nella sua sede il novello priore, e dare opera sollecita alla costruzione della chiesa e del cenobio, quando inattesa causa di noia e dissidio incolse il p. Carletti su certi redditi e proventi contrastatigli dal priore e monaci di s. Matteo, taluni chierici e laici, e una donna, a nome Chiara Campi. Desso una volta ancora appellosi a Roma, di dove sempre Eugenio IV con sua bolla del 1.º ottobre 1437 commise il giudizio della sorta vertenza al prevosto già citato dei ss. Cosma e Damiano.

(N. 7)

(1 ottobre 1437)

Eugenius episcopus etc. dilecto filio preposito ecclesie ss. Cosme et Damiani, Ianuen., salutem etc.

Conquestus est nobis Benedictus de Carletis, prior prioratus s. Ilarionis de Albario, ord. s. Benedicti, Ianuen., dicens quod Antonius de Cortexiis prior, Bartholomeus de Moniardino, Antonius Bomtempo, monaci monasterii s. Mathei, Ianuen., per priorem soliti gubernari, dicti ordinis, Dominicus de Rysiis, et quidam alii clerici et laici civitatis et dioc. Ianuen., ac Clara de Campis, mulier in dicta civitate commorans, super nonnullis redditibus, loca Communis nuncupatis, pecuniarum summis et rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint vocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, usuris cessantibus, decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc. Non obstante etc.

Datum Bononie, anno incarn. domin. millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, Kalendis octobris, pont. nostri anno septimo.

LAZARINUS.

Nel presente rescritto pontificio sono taciuti molti particolari circa il nuovo litigio insorto nel mezzo tempo, i quali veggo chiaramente esposti nel rogito seguente.

Si raccoglie da questo in primo luogo che i laici venuti a contesa col Carletti erano i tre governatori dell'Albergo D' Oria; in secondo, che il piato durava già da mesi nanti il canonico metropolitano Oderico Glemona; in terzo, che il papa con precedente sua bolla del 22 settembre, imposto silenzio alle parti, aveva avvocato a se la causa. Dopo di che, con la surriferita del 1.º ottobre abrogatone il valore, dispose diversamente, delegando a nuovo giudice il sullodato prevosto Avendamo, dei ss. Cosma e Damiano. Le ragioni addotte dagli avversarii suoi dovevano essere di non leggiero valore, se il Carletti stesso innanzi che il giudice delegato a sentenziare proferisse il lodo, venne ad un'amichevole transazione colla parte contraria, e il 25 giugno 1440 firmò l'istrumento, a mezzo del quale rinunziò a tutti i redditi del priorato, presenti e futuri, riservandosi soltanto lire genovine sessantacinque annue sui medesimi, con l'usufrutto della terra annessa alla cappella, e quello dei beni suoi proprii, già tempo donati a s. Ilarione, specie d'un luogo da lui scritto in s. Giorgio a favore del vagheggiato monastero.

(N. 8)

(25 giugno 1440)

In nomine domini amen. Ven. et honestus religiosus, dominus fr. Benedictus de Carletis, prior prioratus s. Ilarionis de Albario, Ianuen. dioc., ordinis s. Benedicti, ex una parte, et ven. vir, dominus presbiter Franciscus de la Turre, rector ecclesie s. Erasmi, de villa Campi prope Riparolium, Ianuen. dioc., tamquam procurator et procuratorio nomine ven. viri, domini fr. Antonii de Cortisis, prioris prioratus s. Mathei, Ianuen., ord. s. Benedicti, ac trium nobilium gubernatorum domus et albergi nobilium de Auria, civium Ianuen., vigore publici instrumenti scripti manu Iohannis de Logia

notarii anno millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, die quinta martii, ex parte altera, dictis nominibus, pervenerunt et pervenisse sibi invicem et vicissim confessi fuerunt et confitentur ad infrascriptas compositiones et pacta, solemnii stipulatione vallatas et firmatas etc. Respondentes etc.

Videlicet quia ex causa huiusmodi compositionum et pactorum, dictus dominus fr. Benedictus, prior prioratus s. Ilarionis, solus ibi residens, nomine et vice eiusdem prioratus, habens notitiam et certam scientiam de quibusdam litteris apostolicis nuper concessis per ss. in Xpo patrem et dominum etc. Eugenium etc., papam quartum etc., datas florentie anno etc. millesimo quadringentesimo trigesimo nono, decimo Kal. octobris, pontificatus sui anno nono; per quas quidem apostolicas bullas prefatus ss. dominus noster papa litem vertentem coram ven. viro, domino Oderico de Glemona, canonico Ianuen., subexecutori apostolico inter prefatos, dominum fr. Antonium priorem ac tres nobiles gubernatores albergi de Auria ex una parte, et ipsum fr. Benedictum ex parte altera, ad se advocavit ac ipsam per seriem dictarum litterarum penitus extinxit, et mandavit ven. viro, domino Beltramo de Novis, preposito ecclesie ss. Cosme et Damiani, Ianuen., quatenus eisdem dominis fratribus Antonio et Benedicto prioribus ac nobilibus de Auria compositionem et concordiam, de quibus in eisdem apostolicis litteris fit mentio, faciendi, auctoritate apostolica licentiam concedat, aliaque concessit et mandavit prefatus dominus noster papa, de quibus et prout in dictis apostolicis litteris fit mentio.

Et volens ipse dominus fr. Benedictus prior, quantum in se est, ad huiusmodi compositiones et concordiam devenire, et quod contenta in dictis apostolicis litteris exequantur et executioni mandentur, sponte et libere etc., in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, voluit et consensit etc. quod omnes et singuli fructus, redditus et proventus dicti sui prioratus s. Ilarionis, presentes et futuri, perveniant et pervenire debeant in prefatos, dominum priorem s. Mathei, Ianuen. et tres nobiles gubernatores albergi de Auria, qui sunt et pro tempore erunt.

Qui dominus prior s. Mathei et tres nobiles albergi de Auria gubernatores, de omnibus et singulis proventibus et redditibus spec-

tantibus et pertinentibus dicto prioratui s. Ilarionis, ac qui in futurum eidem spectare et pertinere poterunt, salva reservatione infrascripta, quam dictus dominus fr. Benedictus prior de voluntate et consensu dicti domini presbiteri Francisci, dicto nomine, ex causa et occasione huiusmodi compositionum et pactorum fecit, disponere et ordinare possint et valeant pro libito voluntatis, eosque petendi, levandi, recuperandi et habendi, et ad usus et utilitatem dicti prioratus s. Ilarionis, illosque per eosdem convertendi, mihi notario publico, tamquam persone publice, officio publico stipulanti et recipienti nomine et vice prefatorum, dicti prioris s. Mathei et trium nobilium gubernatorum albergi de Auria, et per me eisdem plenam liberam et omnimodam facultatem et baliam, sine alicuius iudicis etc. licentia etc., dat et concedit.

Acto in presenti contractu de voluntate dictarum partium etc., quod dictus dominus fr. Benedictus prior annuatim in vita sua habeat et percipiat etc. ex proventibus et redditibus locorum dicti prioratus s. Ilarionis, libras sexaginta quinque ianuinar. pro sustentatione vite ipsius domini fr. Benedicti prioris cum uno clerico, quas sibi reservavit et reservat, una cum fructibus et redditibus possessionis dicti prioratus s. Ilarionis, ac cum usufructu et gaudita omnium bonorum ipsius fr. Benedicti, etiam per ipsum fr. Benedictum datorum et donatorum dicto prioratui s. Ilarionis, necnon cum fructibus et redditibus unius loci comperarum s. Georgii, scripti super ipsum fr. Benedictum dicto prioratui s. Ilarionis obligatis. Promittentes dicte partes etc. Que omnia et singula etc. Sub pena dupli etc. Sub ipotheca etc.

Acta sunt hec in audientia curie archiepiscopalis Ianuen., anno dom. nativitatis millesimo quadringentesimo quadragesimo, indict. secunda secundum etc., die sabati, vigesima quinta iunii, hora vesperrarum, presentibus testibus, Iohanne de Luco, et Iacobo Bonvino notariis, civibus Ianue, ad premissa vocatis et rogatis.

Corsero dodici anni e mezzo tra questo convegno e l'approvazione di esso, e non comprendesi tanto facilmente il motivo di così lungo intervallo. Nel frattempo ad Antonio Cortese, priore di s. Matteo, era succeduto

nel 1445 il domenicano p. Giovanni da Colonia, sotto il cui governo nissun atto pubblico ebbe luogo riguardante la presente storia. Solo dopo la costui morte nel 1452 (1), Benedetto Carletti fece umile ricorso al successore d' Eugenio per ottenere la conferma della sua investitura e dell'accordo seguito addi 25 giugno 1440 tra il priore di s. Matteo, i nobili D' Oria e lui. Nicolò V ne scrisse in proposito a tre prelati della diocesi, ordinando loro di eseguire tutti assieme o uno di loro l'imposto mandato.

(N. 9)

(16 gennaio 1453)

Nicolaus episcopus etc. dilectis filiis . . . abbati monasterii s. Fructuosi de Capitemontis, Ianuen. dioc., et archidiacono Albinganen., ac preposito s. Ambrosii, Ianuen. ecclesiarum, salutem etc.

Religionis zelus etc.

Dudum siquidem fel. rec. Eugenio pape quarto, predecessori nostro, pro parte q. Andree, prioris monasterii s. Mathei, Ianuen. etc. exposito quod ipse de bonis ad eum ratione persone sue spectantibus quoddam alium monasterium etc. sub vocabulo s. Ilarionis abbatis construere etc. proponebat, idem predecessor dilecto filio preposito ecclesie Ianuen., eius proprio nomine non expresso etc., dedit in mandatis ut prefato Andree, priori huiusmodi, aliud monasterium construendi etc. licentiam largiretur. Et deinde pro parte dicti Benedicti eidem predecessori similiter exposito, quod prefatus Andreas prior a dilecto filio Marco de Franchis de Bulgaro, preposito ecclesie Ianuen. etc. premissa omnia faciendi etc. obtenta licentia, illius vigore monasterium s. Ilarionis huiusmodi etc. construi, tecto ipsius inibi ecclesie dumtaxat apponi restante, fecerat etc., eique de bonis eisdem certos perpetuos annuos redditus pro parte dotationis assignaverat, nec non prefatum Benedictum, tunc ordinis tratum heremitarum s. Augustini professorem etc. ad ordinem s. Benedicti

(1) Vedi a pag. 56-57 del vol. seguente.

huiusmodi transire ac in monacum et in fratrem receperat; ipseque Benedictus post huiusmodi receptionem, ac per eum in manibus dicti Andree prioris emissam regularem etc. professionem, nonnullos alios redditus, ad eum simili ratione spectantes, eidem monasterio s. Ilarionis, postquam illud ex toto completum foret, in augmentum dotationis eiusdem obtulerat se daturum; quodque prefatus Andreas prior monasterio s. Ilarionis huiusmodi non completo, nec alias, ut prefertur, per eum dotato decesserat, et tam per ipsum assignati, quam per dictum Benedictum assignandi redditus prefati, centum florenorum auri de camera etc. valorem annum non excedebant etc.; ac pro parte eiusdem Benedicti, asserentis se circa constructionem etc. huiusmodi multum laborasse etc.; dictosque per eum oblatos redditus assignare vellet, ut prefertur, eidem predecessori supplicato ut de novo constructum monasterium in prioratum conventualem etc. erigi, illumque sibi conferri mandare etc. dignaretur, idem predecessor dilectis filiis s. Georgii et ss. Nazarii et Celsi ac ss. Cosme et Damiani, Ianuen. ecclesiarum prepositis etc. dedit in mandatis, quatenus etc., si et in quantum sibi de expositis huiusmodi legitime constaret etc., de novo constructum monasterium etc. in prioratum conventualem etc. erigerent etc., illumque post erectionem huiusmodi etc. prefato Benedicto conferrent etc., ac dictus predecessor cum eodem Benedicto ut prioratum predictum etc. recipere valerent, dispensavit gratiose, prout in singulis litteris predictis plenius continetur.

Postmodum vero, sicut nuper nobis etc. pro parte dicti Benedicti exhibita petitio continebat, q. Beltramus de Avundanis, tunc prepositus dicte ecclesie ss. Cosme et Damiani etc. erectionem et institutionem predictas fecit, ipsumque prioratum sic institutum et erectum eidem Benedicto contulit etc.; ac subsequenter cum orta inter dictum Benedictum et dilectos filios de Auria, Ianuen., ipsius monasterii s. Mathei patronos, ex altera, partibus, pro eo videlicet quod dictus Antonius et nobiles prioratum s. Ilarionis huiusmodi de bonis dicti monasterii s. Mathei per prefatum q. Andream priorem constructum et dotatum fuisse asserebant, materia questionis exorta, dictus predecessor ipsum prioratum s. Ilarionis eidem monasterio s. Mathei sub certis modis et forma univit et incorporavit,

ipsisque nobilibus ius patronatus huiusmodi prioratus reservari per alias suas litteras mandavit, tandem Benedictus et Antonius prior ac nobiles predicti pro bono pacis et concordie, huiusmodi inter se compositionem inierunt: videlicet, ut assignatis et reservatis annuatim libris sexagintanovem monete Ianuen. de fructibus, redditibus et proventibus prioratus s. Ilarionis huiusmodi, residuum ipsorum fructuum, reddituum et proventuum in utilitatem et fabricam ipsius prioratus s. Ilarionis per priorem s. Mathei et nobiles predictos fideliter converterentur, prout etiam in instrumentis publicis superinde confectis plenius dicitur contineri.

Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, ipse Benedictus, qui, ex post (?) dictum prioratum s. Ilarionis in illo virtutum Domino famulando per quatuordecim annos et ultra possedit libras sexaginta novem huiusmodi, que florenos triginta quatuor vel circa valent, ex illius fructibus, redditibus et proventibus percipiendo, monacos usque ad numerum sex in eo recipere non potuerit nec possit, ac dubitet compositionem, necnon de dicto prioratu sibi factas collationem et provisionem viribus non subsistere, pro parte dicti Benedicti nobis fuit humiliter supplicatum ut super his opportune providere etc. dignaremur.

Nos igitur de premissis certam etc. ac volentes dictum Benedictum etc. favore prosequi gratioso, etc. discretioni vestre per scripta apostolica mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum, si et postquam vobis de premissis legitime constiterit, et ad id prioris s. Mathei ac nobilium predictorum expressus consensus accesserit, compositionem predictam ac prout illa contingunt et rationabiliter processerunt quecumque inde secuta approbare et confirmare, quodque collatio et provisio eidem Benedicto de prioratu s. Ilarionis facte huiusmodi valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant in omnibus et per omnia etc. Non obstantibus etc., ac omnibus illis que dictus Eugenius predecessor in prefatis Benedicto concessis litteris non obstare voluit, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rome apud s. Petrum, anno incarn. domin. millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, decimo septimo calendas februarii, pont. nostri anno sexto.

G. DE PORRIS.

Pier Paolo Buglioni, arcidiacono d'Albenga, il secondo dei tre commissarii delegati, si tolse l'ufficio d'esaminare la sincerità delle cose dal Benedetto narrate alla santa Sede, e trovatele vere, il 19 luglio 1453 approvò e convalidò il patto conchiuso fra il priore di s. Ilarione e quello di S. Matteo e i tre governatori dell'Albergo D'Oria; e con ciò le parti entrarono in piena pace, tolto di mezzo ogni dissidio.

(N. 10)

(19 luglio 1453)

Universis et singulis presentes litteras, seu presens publicum instrumentum etc. inspecturis etc.

Petrus Paulus de Buionis, archidiaconus ecclesie Albinganen., iudex et executor ad infrascripta etc. a sede apostolica specialiter deputatus, salutem etc.

Litteras ss. in Xpo patris etc. Nicolai, divina providentia pape quinti, eius vera bulla plumbea etc. nobis per ven. religiosum, dominum fr. Benedictum de Carletis, priorem etc. presentatas, stante inde publico instrumento scripto etc. die decima octava instantis mensis iulii etc. nos cum ea qua decuit reverentia recepisse noveritis. Quarum quidem litterarum apostolicarum tenor etc. est talis. Nicolaus episcopus etc. *come sopra nel documento N. 9, a pag. 499.*

Post quarum quidem litterarum apostolicarum presentationem etc., productis primitus coram nobis per dictum fr. Benedictum de Carletis etc., ad instruendum animum nostrum de et super omnibus et singulis, pro parte ipsius domini fr. Benedicti etc., prefato ss. domino nostro pape expositis et narratis, ac in dictis litteris apostolicis contentis, non nullis aliis litteris apostolicis et processibus ac instrumentis publicis et iuribus, videlicet quibusdam litteris apostolicis fel. rec. etc. Eugenii pape quarti, datas Bononie etc., *come sopra nel documento n. 3, a pag. 487*; item quodam publico instrumento processus etc. per q. Beltramum de Avendanis prepositum etc., scripto etc. *come sopra nel documento n. 4, a pag. 490*; item quodam alio publico instrumento etc. scripto etc. manu dicti Baptiste de Calestano . . . ;

item quodam alio instrumento compositionis etc. cuius tenor etc. talis est. In nomine etc. Ven. et honestus etc., *come sopra* in documento N. 8, a pag. 496.

Preterea fuimus per supradictum dominum, fr. Benedictum de Carletis etc. debita cum instantia requisiti quatenus ad executionem predictarum litterarum apostolicarum etc. procedere dignaremur etc.

Nos itaque Petrus Paulus archidiaconus etc., attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam etc., quia visis et per nos diligenter inspectis ac plene recognitis litteris apostolicis, processibus, instrumentis et iuribus antedictis etc., ac alias etc. premissa omnia et singula pro parte dicti domini fr. Benedicti prefato ss. domino nostro pape exposita et narrata etc., vera fuisse et esse; necnon compositionem predictam et quecumque inde secuta rationabiliter processisse, nobis legitime constitit et constat, etiam quia ven. dominus fr. Antonius da Cortisiis, prior dicti monasterii s. Mathei, Ianuen. ac nobiles et generosi viri, domini, Guirardus domini Georgii et Marcus q. Oberti de Auria, duo ex tribus gubernatoribus albergi nobilium de Auria, civium Ianuen., et dominus Thedisius de Auria, loco Brancaleonis q. Bapt., tertii gubernatoris absentis, et in palatio ducali comunis Ianue pro rebus publicis presentialiter occupati, necnon Gabriel q. Dominici, Antonius q. Petri, Ignatius q. Petri, et Paulus q. Ceve, omnes de Auria, ad nostri presentiam convocati et coram nobis presentialiter constituti, infrascriptis omnibus et singulis sponte et expresse consenserunt et consentiunt etc.:

Idcirco, auctoritate apostolica nobis ut supra commissa, et qua fungimur in hac parte, compositionem predictam inter ipsum dominum fr. Benedictum de Carletis priorem etc. ex una, et dictos dominos fr. Antonium de Cortisiis priorem ac nobiles de Auria Ianuen., ipsius s. Mathei et s. Ilarionis monasteriorum predictorum patronos ex altera, partibus, factam et initam etc. approbamus et confirmamus, quodque collatio et provisio eidem domino fr. Benedicto de prioratu s. Ilarionis facte huiusmodi valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant in omnibus et per omnia etc. auctoritate apostolica decernimus etc. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc.

Datum et actum Ianue, in platea nobilium predictorum de Auria, sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo

gesimo tertio, indictione quintadecima secundum etc., die vero iovis, decima nona mensis iulii, paulo post vespervas etc. presentibus ibidem discretis viris Thoma de Servaritia, manescalco, q. Oberti, Luca de Ceva, tellario, fil. Barth., et Luca de Viglevano, fil. Barth., civibus et habitatoribus Ianue, testibus ad premissa vocatis etc.

Ego Andreas de Cario q. Nic. etc. etc.

Altri venti anni passarono da quel giorno in poi, durante i quali le cose volsero in peggio. Il p. Carletti perdute le rendite lasciate al luogo dal s. Ambrogio, e richieste dal titolare di s. Matteo e dai D' Oria, impreso aveva la fabbrica di una modesta casa a uso proprio, ma la chiesa nuova abbandonò al punto in che trovossi, cioè senza tetto, ed esso funzionava nell'altra cappella rurale, i muri di cinta della villa, causa le guerre occorse nel frattempo parte cadenti, parte demoliti del tutto, lui stesso impossibilitato a rialzarli, che a stento provvedeva ai suoi personali bisogni. Giunto a quello estremo di squallore, con nissuna speranza di mai realizzare il dorato suo sogno dell' erezione d' un monastero, il p. Carletti accolse la proposta fattagli a quei giorni dai villeggianti limitrofi di conceder loro lo spazio sufficiente sulla cresta del colle per costrurvi una loggia con annessa piazzetta, ove quei cittadini, armatori probabilmente o negozianti, potessero adunarvisi, conversare e divertire.

Speravano, dicevano, con ciò d' attirare sul luogo il concorso anche dei lontani, il prolungamento della loro villeggiatura, in vista dell' assicurato servizio religioso festivo, e la copia di limosine per la completa edificazione della nuova chiesa. Il compenso a dare si stabilì in venticinque soldi genovini l'anno, e si strinse il contratto addì 28 ottobre 1472. I nomi dei contraenti

principali sono Agostino Loreto, Lorenzo e Giacomo Valdetaro, Giacomo Casanova (1), Egidio Saccheri, Giacomo Maruffo, Genesio Brignole, tutti proprietari di terre vicine.

(N. 11)

(28 ottobre 1472.

In nomine domini nostri Ihesu Christi feliciter amen. Cum verum sit quod ven. religiosus, dominus fr. Benedictus de Carletis, prior monasterii s. Ilarionis de Albaro, ordinis s. Benedicti, Ianuensis diocesis, per priorem soliti gubernari, diligenter advertens et solícite considerans et attendens quod monasterium predictum suum dudum per q. dominum fr. Andream de s. Ambrosio, olim institutorem et priorem dicti monasterii s. Ilarionis, predecessorem suum, auctoritate sive ex licentia apostolica institutum et fundatum, et seu construi et edificari inchoatum, in capite ville dicti loci Albarii, prope et super faucem Bisamnis, in suis structuris et officinis ab ipsius fundatione nondum perfectum, et ipsius monasterii ecclesia maior, cuius muri dumtaxat erecti extiterunt, discoperta et sine tecto, et ipsius monasterii terra et possessio contigua eidem monasterio propter guerrarum turbines et calamitates alias, que in partibus civitatis Ianue circumstantibus priscis temporibus viguerunt, plurimum destructa, deteriorata et devastata fuerint et sint de presenti, pro ut manifeste quibuscumque intuentibus constare potest, et etiam mihi notario et testibus infrascriptis oculata fide et per evidentiam facti constat evidentem; et murus quidam terre et possessionis dicti monasterii contiguus domui et coquine domus ipsius residentie dicti domini prioris monasterii predicti, cui muro coheret via publica, ruinosus ac pro maiori parte in maceria et lapidibus et sine calce fabricatus, et alius murus ab alia parte dicte terre et possessionis dicti monasterii, cui coheret platea domus Augustini de Loreto penitus dirutus et demolitus, et ab alia parte dicta terra

(1) Mori l'anno 1505, e fu sepolto nel mausoleo fattosi costrurre in S. M. di Castello sino dal 1476, come è a vedersi a pag. 312 della mia *Illustrazione storica* ecc.

disclausa etiam existit, et dictum monasterium in et pro ipsius structuris et officinis perficiendis et dicta ecclesia pro ipsius completionem et perfectionem ac tecti appositionem, et dicta terra ac possessio pro ipsius meliorationem et ad debitam culturam et fertilitatem reductionem, nec non dicti muri pro ipsorum reparationem indigeant expensa non modicum sumptuosa, et ad huiusmodi monasterii, ecclesie, terre, possessionis et murorum perfectionem, culturam, meliorationem, et reparationem singula singulis referendo, proprie non suppetant facultates monasterii predicti, cuius fructus, redditus et proventus sexaginta quinque librarum ianuinarum vel circa, secundum communem estimationem valorem annum dignoscitur non excedere, et ex eis dictus dominus fr. Benedictus prior dicti monasterii, qui etiam longis et magnis litigiorum anfratibus vexatus et plurimum perturbatus extitit, et in ipsorum litigiorum prosecutione in Romana curia et extra ac partibus suam fere totam substantiam exposuit et consumpsit, adeo impotens effectus est quod vix valet vitam sustentare:

Quodque infrascripti cives, vicini dicti monasterii, habentes domos, terras et possessiones in dicta villa Albarii, in contracta et circumstantiis ipsius monasterii s. Ilarionis, ob singularis devotionis affectum, quem ipsi cives gesserunt et gerunt ad monasterium prelibatum, cupientes ipsius monasterii conditionem efficere meliorem, et ut ipsum monasterium sive illius ecclesia ab ipsis vicinis et aliis remotioribus circumstantibus attrahendis civibus magis frequentetur, et in eo divinus cultus et devotio augeatur et aliqua subsidia caritativa ad ipsius monasterii et ecclesie reparationem ab eisdem civibus ferventius et liberius erogentur, quandem notabilem logiam communem pro congregatione, coadunatione, consolatione et recreatione ipsorum civium, cum ipsius logie platea in infrascripta parte terre sive soli dicti monasterii, ex qua seu quo nullum fere commodum percipi consuevit nec percipere per dictum dominum priorem, site seu siti in loco commodo et eminente, videlicet in angulo superiori et in capite dicte terre et possessionis ipsius monasterii, in quo angulo adsunt dicti muri ruinosi et diruti, quibus coherent ab una parte dicta via publica et ab alia parte dicta platea dicti Augustini de Loreto, inferius specificata, mensurata et declarata per dictum

dominum priorem eisdem civibus in infrascriptam emphiteusim perpetuam concedenda, ipsorum civium et vicinorum propriis sumptibus et expensis de novo construere, fundare, erigere et fabricare, et viam publicam predictam, emoto dicto muro antiquo dicti monasterii ab angulo muri dicte platee dicte logie usque ad angulum coquine domus predicte ipsius monasterii per alium murum ibi de novo fabricandum, pro ut infra dicitur, ampliare et dilatare desiderant et proponunt eorum propriis sumptibus et expensis, et pro recognitione directi domini, iuris et proprietatis dicte terre, sive soli, viginti quinque soldos ianuinarum singulis annis in perpetuum, ratione annui terratici, census sive canonis dicte terre sive soli dicto domino priori et successoribus suis dare et solvere, offerunt se paratos:

Et in qua quidem logia ipsi cives se se reducere, congregare, coadunare, rationari et in simul morari ac iocundari possint et valeant ad eorum beneplacitum, prout moris est aliorum civium Ianue, et hoc si et in quantum per dictum dominum priorem dicti monasterii eisdem civibus pro se ac heredibus et successoribus eorum de dicta tanta parte dicte terre sive soli dicti monasterii pro constructione et fabrica dicte logie et platee ac dicte vie ampliatione in dicta parte dicti anguli inferius mensurata, designata et specificata sub dicto annuo terratico, censu sive canone fiat infrascripta locatio et in emphiteusim perpetuam concessio, sedis apostolicæ auctoritate approbanda et confirmanda, modis etc. infrascriptis:

Quodque si dicta logia cum platea et amplitudine ac dilatatione dicte vie fiat et construatur ut supra, ex hoc speretur verisimiliter et indubitanter quod ipsorum civium vicinorum et aliorum civium remotiorum et circumstantium, quos dicti vicini cives duxerint attrahendos, devotioque in dicto monasterio et ecclesia, tamquam imperfectis, refrigescerat, augebitur, ipsique cives ab longiori tempore solito in dictis eorum villis, domibus et possessionibus et libentius commorandum et habitandum, et ad ipsum monasterium sive ipsius ecclesiam frequentandi pro missis et aliis divinis officiis audiendis, et ad eisdem monasterio, ecclesie, pro ipsorum reparatione, constructione et perfectione manus eorum adiutrices promptius porrigendum, ac de bonis sibi a Deo collatis pia et grata caritatis subsidia erogandum et impendendum, avidius et ferventius incitabun-

tur, et dicti cives pro recreatione et consolatione temporali huiusmodi logie etiam spiritualia munera suscipere et consequi poterunt, pro missis et aliis divinis officiis audiendis in monasterio seu ecclesia predictis, ad ipsorum civium salutem animarum :

Et quidem monasterium et ecclesia ipsa quamplurima in spiritualibus et temporalibus inde suscipiet et suscipere poterit et speratur felicia incrementa in renditionibus gratiarum, domino concedente, prout etiam ipsi infrascripti cives hic presentes asserunt et affirmant de premissis spem et opinionem verisimilem et indubitam habere, et consequenter huiusmodi infrascripta locatio et in emphiteusim perpetuam concessio in evidentem et multiplicem dicti monasterii utilitatem cedit et verisimiliter cessura est: provida et matura deliberatione, longo et pensato examine prehabitis, pro ipsius monasterii evidente utilitate decreverit et deliberaverit ipse dominus fr. Benedictus de Carletis, prior antedictus, huiusmodi infrascriptam locationem etc. de dicta terra sive solo etc. dictis civibus etc. sub dicto annuo terratico etc. et ad ipsam fiendam procedere, auctoritate sedis apostolice approbandam etc. :

Hinc siquidem fuit et est quod prefatus ven. dominus, fr. Benedictus de Carletis prior etc., solus in dicto monasterio residens, cum nulli in dicto monasterio iam diu resederint nec resideant de presenti propter ipsius monasterii tenuitatem reddituum, premissis omnibus diligenter attentis et consideratis, volens etc. ea que etc. deliberavit ad effectum debitum perducere, sponte etc. nomine suo etc. et successorum suorum, locavit etc. egregiis viris Augustino de Loreto predicto q. Benedicti, Laurentio de Valletarii q. Io., Iacobo de Casanova q. Francisci, Egidio Sacherio q. Mich., Iacobo Maruffo q. Marcolini, Genesio de Brignoli q. Silvestri et Iacobo de Valletarii q. Ieron., civibus Ianue et vicinis dicti monasterii, habentibus terras, domos et possessiones in dicta villa Albarii, presentibus etc. et recipientibus eorum propriis nominibus et nomine et vice aliorum infrascriptorum civium et vicinorum, etiam domos, terras et possessiones in dicta villa et circumstantiis habentium, videlicet Iohannes de Levanto q. Galeatii, Nicolai Adurni, Thome de Franchis Iulle, Antonii de Riparolio q. Iacobi, Peregri de Montenigro, Augustini Clavaritie, Petri Iohannis de Saulo, et Fran-

cisci de Albingana q. Lazarini, presentialiter absentium etc., et pro quibus absentibus dicti cives presentes etc. promittunt dicto domino fr. Benedicto priori etc. curare cum effectu quod dicti cives absentes huiusmodi locationem etc. ratam, gratam etc. habebunt etc., quin immo premissa omnia approbabit.

Acta fuerunt hec in dicta villa Albarii, Ianuen. diocesis, apud dictum monasterium s. Ilarionis de Albario, videlicet in et super dicta terra sive solo dicti monasterii, pro fabrica et constructione dicte logie cum platea ut supra concessa sive concessi, sub anno a nativ. Domini MCCCCLXXII, indictione quinta secundum etc. die mercurii, vigesima octava mensis octobris, in festo beatorum Simonis et Iude, hora vigesima tertia vel circa etc. Presentibus ibidem discretis viris, Augustino de Coronato, seaterio, q. Barth., Cosma Tarigo q. Artalis, Nicolao Meliorino q. Iacobi, et Antonio Paganelli q. Ioh., textore pannorum septe, omnibus civibus Ianue, testibus ad premissa vocatis etc.

Ego Andreas de Cario q. Nic. clericus Ianuen. etc.

III.

Le belle speranze concepite dai villeggianti al tempo dell' erezione della loro loggia, non si erano punto verificate; la cappella di s. Vito perseverava nell' antico squallore, e gli abitanti dell' amena collina difettavano pur sempre, anche i di festivi, di servizio religioso.

A cessare simile stato di cose, sappiamo che il luogo venne offerto in quel turno ai padri carmelitani dell' osservanza, in persona del p. Raniero Mazzurri, fiorentino, il quale l' 8 giugno 1474 firmò l' istrumento di accettazione, ma, ignorasi il perchè, poco stante lo disdisse; e fu pel nostro meglio. Conciossiachè l' anno dopo presentossi a domandarlo il domenicano p. Alessandro Raibaldi, da Genova, proponendo di mandare a termine l' edificio della chiesa rimasta senza tetto, e quivi presso costrurre

un piccolo convento pel suo Ordine, pur che intervenisse l'assenso dei due priori, cioè di s. Ilarione e s. Matteo, e dei nobili D' Oria. Pensare se costoro non accolsero di buon cuore il progetto! Le condizioni eque, messe avanti d' ambe le parti, agevolarono le trattative, e condussero alla finale conclusione del trattato.

Erano: il p. Carletti continuasse, sua vita durante, a godere titolo, rendita e uso della casa, come in addietro; lui spento, cessasse il priorato, e i beni annessi passassero a s. Matteo, meno luoghi dieci delle Compere di s. Giorgio e lire settantacinque, da lasciarsi al p. Raibaldi, e alla di lui morte, ai frati suoi successori; all'ingresso dell'erigendo convento una lapide si ponesse, memorativa dell'avvenuta fondazione della nuova cappella ad opera del primo suo promotore s. Ambrogio; l'offerta annua di due ceri, d'una libbra caduno, a farsi dai domenicani a s. Matteo e ai nobili D' Oria, in testimonio dell'antico loro dominio; non che un anniversario il 26 luglio di ogni anno pei defunti del casato. Promette poi il p. Raibaldi adoprarsi con vivo zelo, acché il maestro suo generale accetti la novella casa, e vi mandi un pugno di frati ad abitarla; e tutti i contraenti dannosi parola di far ogni loro possa acciò il papa ratifichi la presente convenzione, cogli articoli in essa stipulati. Il rogito da cui estraggo questi particolari, ne contiene altri parecchi, i quali spargono vie maggiore luce sopra fatti e circostanze poco sopra narrate, ed è il seguente.

(N. 1)

(26 giugno 1475)

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cum dudum q. ven. religiosus, dominus fr. Andreas de s. Ambrosio, tunc prior monasterii s. Mathei, Ianuen., ord. s. Benedicti, dum vixit, de bonis,

ut asserebat, ex sui industria, tempore prioratus sui, quo preerat, acquisitis, et sibi a Deo collatis, unum monasterium in villa capitis Albarii, Ianuen. dioc., in loco in quo esse solebat ecclesia s. Viti, dicti loci Albarii, sub vocabulo s. Ilarionis abbatis, ex licentia sedis apostolice fundare, erigere et construere etc. proposuisset; et muros quidem ecclesie dicti monasterii altitudinis palmorum decem vel circa dumtaxat, construi, fundari et erigi ceperit et fecerit, que ecclesia, altitudinis predicte, tempore mortis sue imperfecta remansit, prout adhuc hodie remanet; quod monasterium cum cimiterio, campanili etc. pro uno perpetuo priore et sex monacis in dicto monasterio Altissimo perpetuo famulaturis, perficere et sufficienter dotare, ut premittitur, proponebat, et quod monasterium s. Ilarionis a monasterio predicto s. Mathei dependeret, et eidem immediate subiectum existeret et censeretur; et quod prior dicti monasterii s. Mathei ac tres nobiles gubernatores albergi nobilium de Auria patronatum et superioritatem dicti monasterii s. Ilarionis haberent, sub certis modo et forma tunc expressis:

Et deinde, dicto monasterio s. Ilarionis alias non perfecto, nec sufficienter dotato, dictoque domino fr. Andrea priore interim vita functo, ven. vir, dominus fr. Benedictus de Carletis, modernus prior nuncupati monasterii predicti s. Ilarionis, monasterium ipsum s. Ilarionis sic imperfectum nec sufficienter dotatum, cuius ecclesie predicte muros etiam erigi fecit, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, sub certis etiam promissionibus, modo et forma, auctoritate apostolica sibi conferri et de eo provideri obtinuerit:

Et successive inter tunc priorem dicti monasterii s. Mathei et tres gubernatores albergi nobilium de Auria predictorum ex una, et dictum dominum, fr. Benedictum priorem dicti monasterii s. Ilarionis partibus, ex altera, super eo quod per ipsos dominos priorem s. Mathei et tres gubernatores albergi de Auria monasterium predictum s. Ilarionis, de bonis dicti q. domini, fr. Andree de s. Ambrosio, ad ipsum monasterium s. Mathei legitime pertinentibus, fundatum et constructum, nonnullaque loca comperarum s. Georgii communis Ianue eidem monasterio s. Ilarionis pro parte assignationis, dotationis eiusdem assignata, de similibus bonis processisse pretendebant, orta materia cause et questionis, tandem

partes predictae pro bono pacis et concordie ipsarum partium, inter alia ad transactionem et concordiam talem devenierint, quod scilicet ex fructibus, redditibus et proventibus vigintiduum locorum et librarum septuaginta quinque dictarum comperarum s. Georgii dicto monasterio s. Ilarionis assignatorum, et que loca scripta sunt in cartulario dictarum comperarum s. Georgii super dictum dominum fr. Andream de s. Ambrosio, suo proprio et privato nomine, et non nomine alicuius beneficii seu dignitatis, dictus dominus fr. Benedictus prior sexaginta quinque libras ianuorum singulis annis, pro sue vite sustentatione, in vita sua et quamdiu vixerit, habeat et percipiat ac habere et percipere debeat annuatim; residuum vero reddituum et proventuum locorum predictorum ad ipsos dominos priorem s. Mathei et tres nobiles albergi de Auria liberum remaneat, pro ipsis exponendis in reparatione et constructione dicte ecclesie s. Ilarionis, et post mortem dicti fr. Benedicti, tam loca et proventus, quam monasterium s. Ilarionis huiusmodi, extincta et suppressa inibi dignitate prioratus, ad dictum monasterium s. Mathei reverterentur et libere spectarent et pertinerent, dictumque monasterium s. Ilarionis eidem monasterio s. Mathei annexum et incorporatum intelligeretur, et quod ipsius monasterii s. Ilarionis regimen, gubernatio et administratio ad ipsum priorem s. Mathei, qui in dicto monasterio s. Ilarionis unum suppriorum deputare teneretur, spectaret et pertineret:

Sit etiam quod nonnulli cives Ianuen., incole et vicini dicti monasterii s. Ilarionis, et in ipsius vicinia domos et possessiones habentes, considerantes dictum monasterium s. Ilarionis nedum imperfectum sed hactenus inceptum non fuisse nec esse, sed tantummodo ipsius ecclesie muros certe altitudinis fundatos et erectos existere, absque tecto de presenti, et non quidem monasterium sed locum simpliciter dici, nuncupari et censi posse et debere, pro ipsorum et aliorum circumstantium christifidelium animarum salute iam diu desideraverint et proposuerint dictum monasterium sive locum aut ecclesiam s. Ilarionis in monasterium aliquorum religiosorum fratrum de observantia regulari, qui in eodem Altissimo perpetuo famulantur transferri, erigi et reduci ac perfici, de voluntate tamen et consensu tam dicti domini fr. Benedicti de Carletis, prioris moderni

dicti monasterii s. Ilarionis, reservatis sibi titulo et proventibus assignatis predictis, quoad vixerit, quam dominorum prioris monasterii s. Mathei et trium nobilium gubernatorum albergi de Auria predictorum:

Ac nuper apparuerit, aspirante Domino, ven. religioso, vita et moribus ac sanctimonia comprobato, domino fr. Alexandro Raybaldo de Ianua, q. Bapt. ord. fratrum predicatorum de observantia, qui locum ipsum, sive monasterium s. Ilarionis, sic imperfectum, ad vitam ipsius et quamdiu vixerit recipere, et, concedente domino, ipsius domini fr. Alexandri industria et sollicitudine, ac ipsorum civium et Christifidelium adiutus suffragiis in monasterium conventualem eiusdem ordinis fr. predicatorum de observantia reducere, erigere, construere, fabricare et perficere, seu erigi etc. facere, cum omnibus suis necessariis officinis, de quibus supra, proponit et paratum se offert, dummodo prefatorum dominorum prioris dicti monasterii s. Mathei et trium nobilium gubernatorum albergi de Auria et fr. Benedicti de Carletis, prioris dicti monasterii s. Ilarionis, expressus accedat consensus pariter et assensus, sub modis, formis et conditionibus inferius descriptis, sedisque apostolice prefate suffragetur auctoritas in predictis:

Sit etiam quod infrascripti domini, prior dicti monasterii s. Mathei et tres nobiles gubernatores dicti albergi de Auria, et fr. Benedictus de Carletis prior etc., premissis omnibus per ipsos cives et vicinos eisdem expositis pro augmento divini cultus et religionis sive regularis observantie predicte propagatione et animarum salute, et tam pium, tamque laudabile propositum et opus perficiatur et ad optatum reducat effectum, piis votis et desideriis ipsorum civium et vicinorum condescenderint et assentire proposuerint, sub modis etc. ac legibus infrascriptis, prout ipsi domini priores et tres nobiles gubernatores albergi de Auria, ac fr. Alexander Raybaldus, hic presentes, asserunt et fatentur premissa omnia vera fuisse et esse:

Hinc siquidem fuit et est quod ven. et religiosus vir, dominus fr. Ludovicus de Villanis, prior dicti monasterii s. Mathei, et nobiles ac generosi domini, Benedictus de Auria q. Pauli, Melchion de Auria q. Iacobi et Matheus de Auria q. d. Barth., tres gubernatores dicti albergi nobilium de Auria, tamquam patroni et superioritatem

habentes dicti monasterii sive loci s. Ilarionis de Albario, et ven. et religiosus dominus, fr. Benedictus de Carletis prior etc., et quilibet ipsorum coniunctim et divisim, et prout melius expedit et infra dicitur:

Attendentes in primis et considerantes, certamque et indubitatum notitiam habentes quod traditio, assignatio, concessio et applicatio, alias per ipsos dominos priores et gubernatores, dictis nominibus, ven. religioso, domino fr. Raynerio de Mazurris de Florentia pro aliquibus fratribus congregationis fratrum et ordinis B. M. de Montecarmelo sub regulari observantia degentium, de predicto loco seu monasterio s. Ilarionis cum ipsius ecclesia seu capella et aliis pertinentiis suis sub similibus et aliis modis etc. tunc expressis, alias facta, de qua, et prout latius, constat alio publico instrumento, scripto et publicato manu mei notarii infrascripti anno MCCCCLXXVIII proxime preterito, die octava mensis iunii, et alia in dicto instrumento contenta, non fuerunt neque sunt sortita effectum, et locum non habuerunt, imo dicti domini, fr. Raynerius et alii fratres predicti congregationis dicti ordinis B. M. de Montecarmelo observantie traditioni, assignationi et concessioni predictae per eorum litteras ipsis civibus emanatas renunciaverunt, et dictum locum recipere recusaverunt, prout ipsi domini priores et gubernatores ac cives seu vicini, sive agentes pro eis, asseruerunt et affirmaverunt:

Successive attendentes et considerantes religionis zelum, litterarum scientiam, sacre pagine et seu theologie eruditionem, vite sanctioniam, morum honestatem, conversationem laudabilem dicti domini fr. Alexandri Raybaldi, aliaque ipsius virtutum merita, quibus illorum largiter Dominus ipsum insignivit et peditum esse dignoscitur, etiamque experientiam regiminis et religionis observantiam, quam ipse dominus fr. Alexander toto tempore vite sue tenuisse et servasse perhibetur, horum consideratione moti, ad laudem et honorem omnipotentis Dei, patris et filii et spiritus sancti, B. M. semper virginis et beati Ilarionis, sub cuius vocabulo dictum monasterium fundatum et institutum sive ordinatum extitit, et ad salutem animarum civium et vicinorum, aliorumque Christifidelium presertim circumstantium:

Sponte etc., locum predictum sive monasterium s. Ilarionis de

Albario, sive ipsius ecclesie muros sic erectos, aut ecclesiam ipsam imperfectam et erectam et seu capellam et cum aliis edificiis et officinis ibidem contiguis, constructis et adiacentibus prout nunc sunt, necnon terram et possessionem dicti loci seu monasterii, in et super quam fundati sunt et erecti muri dicte ecclesie et alia edificia predicta fundata et sita sunt, et aliis iuribus et pertinentiis suis: et quibus omnibus, ecclesie sive monasterio, vel muris et capelle edificiis, terre et possessioni, coherent superius via publica, et in parte platea Augustini de Loreto, vocata *Lo cavo*, et in parte logia dictorum civium sive vicinorum, sita super solo dicte ecclesie s. Ilarionis, et ab uno latere sub dicta platea versus mare, vocata *Lo plazo*, terra dicti Augustini de Loreto, et inferius versus fucem et Bisamne, et ab omnibus aliis puntibus terra seu possessio q. Iohannis de Levanto, civis Ianue, et si qui sunt etc.:

Eidem ven. religioso, domino fr. Alexandro Raybaldo, dicti ord. fr. pred. observantie regularis, ibidem presenti, acceptanti et recipienti presentialiter pro seipso tantum in vita sua et quamdiu vixerit, et post eius mortem ordini et religioni dictorum fratrum ordinis predicatorum observantie regularis, et seu dictis fratribus et congregationi etc., libere, iure proprio et in perpetuum dederunt, tradiderunt etc. sub modis, formis etc. infrascriptis et non aliter:

Videlicet, quod dictus locus dicti monasterii per ipsum dominum fr. Alexandrum ex eius industria et sollicitudine, cura et operibus civium et vicinorum, aliorumque christifidelium predictorum piis suffragiis et subsidiis mediantibus, et sedis apostolice auctoritate suffragante seu interveniente, in locum seu domum pro aliquibus fratribus dicti ord. fr. pred. de observantia regulari, et sub dicto vocabulo s. Ilarionis, erigi seu reduci, construi, fabricari et perfici debeat, cum cimiterio, campanili humili, campana, dormitorio, et aliis suis necessariis officinis, tam ceptis et constructis, quam de novo fiendis et construendis.

Item quod dictus locus, seu dictum monasterium, regi et gubernari debeat laudabiliter et sub regulari observantia predicta, prout spes et fiducia indubitata habetur, per novum priorem et aliquos fratres, bonos et idoneos religiosos, per infrascriptum rev. dominum generalem magistrum dicti ordinis, iuxta requisitionem ipsorum,

domini prioris dicti monasterii s. Mathei et nobilium de Auria ac aliorum civium et vicinorum deputandos dicti ordinis observantie et vite regularis, prout infra dicitur, videlicet per dictum dominum fr. Alexandrum tamquam priorem, regimenque et gubernationem habentem dicti loci sive monasterii in vita sua et quamdiu vixerit, et post eius mortem dictus locus, seu monasterium predictum, perveniat et libere remaneat ordini predicto fratrum predicatorum de observantia; ita quod post mortem dicti domini fr. Alexandri, rev. dominus generalis magister dicti ordinis habeat et debeat providere eidem loco, seu monasterio s. Ilarionis, de bonis et idoneis religiosis fratribus dicti ordinis observantie et vite regularis, iuxta requisitionem dictorum domini prioris dicti monasterii s. Mathei, nobilium de Auria et aliorum civium seu vicinorum, qui habitant et habitabunt in vicinia dicte ecclesie seu monasterii sive loci predicti. Qui quidem dominus fr. Alexander in vita sua, et post eum dicti prior et fratres, viri religiosi comprobati, per dictum rev. dominum generalem magistrum, ad requisitionem dictorum domini prioris dicti monasterii s. Mathei et nobilium de Auria et civium sive vicinorum deputandi, ut prefertur, teneantur et debeant in dicto monasterio s. Ilarionis sub regulari observantia, qua nunc fratres dicti ordinis degunt et quam profitentur, Altissimo, perpetuo famulari, et divinis laudibus insistere et in spiritu humilitatis, secundum regulam et instituta dicti ordinis observantie predicte.

Item quod dictus dominus fr. Benedictus de Carletis, prior modernus dicti monasterii s. Ilarionis, in vita sua et quamdiu vixerit, sit et esse censeatur verus prior dicti monasterii s. Ilarionis, prout nunc est, et habeat et habere debeat titulum dicti monasterii, prout habet, et dictas libras sexagintaquinque ianuinarum ex fructibus, redditibus et proventibus locorum predictorum spectantium et pertinentium dicto monasterio et scriptorum super dictum dominum fr. Andream de s. Ambrosio et in eius nomine et columna, pro sustentatione vite ipsius domini fr. Benedicti, sibi ut supra assignatas, necnon proventus et redditus loci unius dictarum comperarum s. Georgii, scripti super ipsum fr. Benedictum de Carletis, cuius proventibus gaudere debet ipse fr. Benedictus in vita sua, et post eius mortem pervenire et remanere debet dictus locus dicte ecclesie s. Ilarionis pro repara-

tione dicte ecclesie, et ultra redditus logie super territorio dicti monasterii superioribus annis constructo, pro qua solvuntur et solvi debent dicte ecclesie sive monasterio solidi vigintiquinque ianuariorum annuatim, ratione terratici sive canonis, et habitationem suam solitam quam nunc habet apud ipsum monasterium in vita sua ut supra, necnon ususfructum et gaudiam dicte terre et possessionis dicte ecclesie, seu monasterii, cum ea integritate qua nunc habet et percepit etc.

Item quod post mortem dicti domini fr. Benedicti de Carletis, moderni prioris dicti monasterii s. Ilarionis, omnes et singuli fructus, redditus et proventus dictorum locorum vigintiduorum et librarum septuagintaquinque ac ususfructus et gaudia dicte terre et possessionis dicti monasterii s. Ilarionis, ex nunc prout ex tunc, extinguantur ac extincti sint et esse intelligantur quoad perceptionem aliarum personarum, nisi pro ut infra dicitur. Et pari modo post ipsius domini fr. Benedicti mortem, dignitas seu nomen et titulus dicti prioratus, ex nunc prout ex tunc, extinguatur et supprimatur ac extincta et suppressa, extinctum et suppressum, ac extinctus et suppressus esse intelligatur; et ex tunc, secuta morte dicti domini fr. Benedicti, dicta loca omnia, cum dictis suis proventibus tunc venturis, ad prefata monasteria s. Mathei et s. Ilarionis, tam in proprietate quam in usufructu libere revertantur et in dicta monasteria perveniant et remaneant sub modis etc. infrascriptis, videlicet: quod, ex summa omnium locorum predictorum, libere spectent et pertineant ad monasterium predictum s. Ilarionis pleno iure loca decem et libre septuaginta quinque, de proventibus quorum locorum respondeatur ex tunc et ab inde in antea in perpetuum, videlicet dicto domino fr. Alexandro tamquam priori regulari dicti monasterii seu loci, si tunc vixerit in vita sua, et post eius mortem vel si tunc non vixerit, ex tunc secuta morte domini fr. Benedicti respondeatur priori et fratribus dicti monasterii et conventus s. Ilarionis dicti ordinis fr. predicatorum de observantia tunc existentibus, per dictum rev. dominum generalem magistrum ad requisitionem dictorum nobilium albergi de Auria et civium seu vicinorum deputandis ut supra, vitam et observantiam regularem tenentibus et servantibus ut predictum est. Reliqua autem loca duodecim ad pre-

fatum monasterium s. Mathei, seu ad dictos dominos priorem dicti monasterii et tres nobiles gubernatores alberghi de Auria, libere et pleno iure spectent et pertineant.

Item fuit et est per pactum expressum inter partes predictas, suis et dictis nominibus, quod super ostium dicti monasterii sive ecclesie s. Ilarionis, affigatur et apponatur ac affigi et apponi debeat unus lapis marmoreus, cum armis sive insigniis nobilium de Auria, et in eo lapide sculpantur et sculpi debeant littere legibiles que dicant et legantur: Ista ecclesia fuit fundata et erecta usque ad tectuum altitudinem de bonis quondam bone memorie domini fr. Andree de s. Ambrosio, olim prioris monasterii s. Mathei de Ianua.

Item fuit per pactum expressum inter dictas partes etc., quod post mortem dicti domini fr. Benedicti de Carletis, dictus dominus fr. Alexander si tunc vixerit, in vita sua, et post eius mortem, dicti prior et fratres dicti monasterii et conventus tunc existentes et qui pro tempore fuerint, teneantur et debeant singulis annis dare, tradere et assignare dictis dominis, priori dicti monasterii s. Mathei, et tribus nobilibus gubernatoribus dicti alberghi de Auria, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, cereos duos de libra una cere in pondere pro quolibet cereo, in festo quolibet ramorum palmarum, in signum patronatus et superioritatis ipsorum et dicti monasterii s. Mathei, quam habet in dicto monasterio s. Ilarionis, et pro censu annuo et recognitione patronatus et superioritatis huiusmodi, videlicet post mortem dicti fr. Benedicti de Carletis, ut supra.

Item quod dictus dominus fr. Alexander in vita sua, et post eius mortem, dicti prior et fratres qui pro tempore fuerint in dicto monasterio s. Ilarionis, teneantur et debeant annuatim et in perpetuum celebrare in ecclesia dicti monasterii unam missam solemnem sive unum anniversarium in die publicationis et confectionis presentis publici documentis confecti et publicati sub die XXVI mensis iunii, nisi die dominica vel festum solemne occurrerit ipsa die, quo casu die sequenti vel alia prima die ex tunc proxime sequenti, qua dominica vel alia solemnis festivitas non occurrerit. In quo quidem anniversario, post mortem scilicet dicti domini fr. Alexandri, intersint conventualiter omnes fratres tunc residentes in dicto mo-

nasterio et qui interesse poterunt; videlicet, pro animabus omnium et singulorum fidelium defunctorum nobilium dicti albergi de Auria, qui ab hoc seculo hactenus transierunt et aliorum quorumcumque de cetero decedentium et qui in futurum decesserint etc.

Et quia in loco predicto, in rei veritate, ut in primordio presentis instrumenti narratur, nullum fundatum est hactenus monasterium, sed sola fundamenta dicte ecclesie fundata, et seu muri dicte ecclesie erecti sunt altitudinis de qua supra, et est locus adhuc valde tenuis, ut veritas simpliciter narretur, prout in presentiarum se habet, et ne partes predictae quovis modo graventur seu quavis causa, pro eo quod dicatur et pluries repetatur in presenti instrumento monasterium, intelligatur et sit verbum monasterium in qualibet parte presentis instrumenti, in quo narratum et repetitum est, dictum narratum et repetitum de loco in quo fundati et erecti sunt muri dicte ecclesie, licet dicatur monasterium, quod ideo dictum est, quia sic fuit intentio fundatoris ibi construi monasterium predictum, ut superius expressum est.

Et versa vice dictus dominus fr. Alexander pro se, ad vitam, et post eius mortem, pro dicto ordine et seu fratribus predictis de observantia regulari dicti ordinis fratrum predicatorum in perpetuum recipiens et acceptans locum predictum, et pro quibus omnibus de et pro omnibus et singulis supra et infra scriptis, de rato et solemni ratihabitione, promisit et promittit prefatis dominis, priori dicti monasterii s. Mathei et nobilibus tribus gubernatoribus albergi de Auria presentibus et solemniter stipulantibus, facere et curare cum effectu, quod prefatus rev. dominus generalis magister, capitulum et diffinitores, et seu superiores dicti ordinis fratrum predicatorum de observantia, premissa omnia et singula in presenti instrumento contenta ratificabunt, approbabunt et confirmabunt solemniter et in forma valida semper et quandocumque, ad liberam voluntatem et simplicem requisitionem dictorum dominorum prioris et trium nobilium gubernatorum dicti albergi. Sub ipotheca etc. sponte etc. promisit etc. supradicta omnia et singula etc. effectualiter observare etc.

Item fuit per pactum expressum inter dictas partes etc., quod dicti domini, prior dicti monasterii s. Mathei et eius successores ac

nobiles albergi de Auria predicti, nullo unquam tempore molestari vel inquietari possint occasione aliquorum proventuum dictorum locorum dicti monasterii s. Ilarionis, quovis modo per eos vel eorum aliquem aut eorum nomine perceptorum vel per antecessores eorum. Insuper dicte partes etc. sibi ad invicem etc. promiserunt etc. curare cum effectu quod ss. in Xpo pater etc. Sixtus etc. papa quartus, huiusmodi etc. assignationem et loci receptionem, ac omnia et singula in presenti instrumento contenta etc. auctoritate apostolica approbabit et confirmabit etc. Respondentes dicte partes etc. Sub pena dupli etc. De quibus omnibus etc.

Acta sunt hec Ianue in claustro inferiori dicti monasterii s. Mathei, sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, indictione septima secundum etc., die vero lune, vigesima sexta mensis iunii, in tertiis etc. Presentibus ibidem ven. et discretis viris, dominis presbitero Bernardo de Miliotis de Septembrio, et presbitero Baptista de Villanis, capellanis in ecclesia dicti monasterii s. Mathei, et fr. Gregorio de Beregino, monaco monasterii s. Barth. ordinis armenorum extra muros Ianue, Augustino de Loreto q. Benedicti, Laurentio de Valletarii q. Io. et Thoma de Franchis q. Ant., civibus Ianue, testibus ad promissa vocatis etc.

Ego Andreas de Cario q. Nic. etc.

I combinati voleri d' amendue le parti sortirono buon effetto, tanto che, un preciso mese dopo, Sisto IV emanava una bolla concedente il possesso di s. Ilarione, divenuto nuovamente s. Vito, al p. Raibaldi, in tutto a seconda della domanda inoltrata.

(N. 2)

(26 luglio 1475)

Sixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio, praeposito ecclesiae sancti Petri de Banchis, Ianuen., salutem etc.

Piis fidelium votis etc. Sane pro parte dilecti filii Alexandri de Raybaldis, de Ianua, ordinis fratrum praedicatorum professoris, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum q. Andreas

de sancto Ambrosio, olim prior monasterii s. Matthaei, Ianuen. ordinis s. Benedicti, per priorem soliti gubernari, de bonis per eum ex sua industria acquisitis de ecclesia tunc s. Viti de Albario, Ianuen. dioecesis, monasterium s. Illarionis dicti ordinis pro uno priore et sex monachis dicti ordinis auctoritate apostolica construi et edificari facere, fecit et coepit, ac muros ecclesiae dicti monasterii s. Illarionis in parte erexit, illique certa loca comperarum s. Georgii communis Ianue pro eius dote assignavit. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dilectus filius Ludovicus de Villanis, s. Matthaei, et Benedictus de Carletis, s. Illarionis, monasteriorum predictorum priores, quod ipsum monasterium s. Illarionis, quod a dicto monasterio s. Matthaei dependet et per illius monachos gubernari consuevit, in domum dicti ordinis fratrum predicatorum de observantia nuncupatorum erigatur, ac nomen prioratus et ordo s. Benedicti huiusmodi post dicti Benedicti obitum extinguatur, suum consensum prestare proponant, pro parte tam dicti Alexandri, quam Ludovici et Benedicti predictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut eidem Alexandro monasterium predictum s. Illarionis, suppressis in eo et extinctis nomine monasterii et ordine s. Benedicti huiusmodi, post dicti Benedicti obitum et illius ecclesiam ceptam, ut prefertur, in domum dicti ordinis fratrum predicatorum de observantia, cum claustro, dormitorio, campanili, campana, hortis, hortaliis et aliis necessariis officinis, erigendi, construendi, seu erigi et construi faciendi, necnon fratribus dicti ordinis predicatorum illam recipiendi et inhabitandi licentiam concedere, aliaque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Nos qui divini cultus augmentum et religionis propagationem, nostris potissime temporibus, intensis desideriis appetimus, ipsorum Alexandri, Ludovici et Benedicti votis, in hac parte, favorabiliter annuentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus de expresso consensu dictorum priorum, et sine alicuius preiudicio, prefato Alexandro monasterium predictum s. Illarionis, in domum dicti ordinis fratrum predicatorum cum ecclesia, campanili, campana, dormitorio, claustro, hortis, hortaliis et aliis officinis predictis erigendi et construendi,

seu erigi et construi faciendi, ac eisdem fratribus illam recipiendi et perpetuo retinendi et inhabitandi licentiam auctoritate nostra concedas, prefatumque Alexandrum in illius priorem, quoad vixerit, constituas et deputes; et nihilominus si licentiam per te, vigore presentium fieri contigerit, ut prefertur, prefato Benedicto, ex fructibus, redditibus et proventibus ex locis predictis provenientius sexaginta quinque libras monete Ianuen., ac usumfructum terrarum ac possessionum dicti monasterii s. Illarionis, et post eius obitum ex summa locorum viginti duorum et librarum septuaginta quinque monete, et comperarum huiusmodi, loca decem et librarum quinque priori et fratribus dicte domus tunc erecte pro eorum licitis usibus, ac praefato monasterio s. Mathaei duodecim loca et eorum proventus perpetuo reservare et assignare, quodque post obitum dicti Alexandri, prior et fratres dicte domus pro tempore existentes pro annuo censu, priori dicti monasterii s. Matthaei pro tempore existenti, duos cereos, quemlibet de una libra cere, in ramis palmarum, annis singulis, solvere et assignare teneatur, statuere et ordinare, dicta auctoritate, procures.

Nos enim si licentiam concedi, ac deputationem, constitutionem, decretum, statutum et ordinationem huiusmodi per te, vigore presentium, fieri contigerit, ut prefertur, eidem Benedicto, ut prior monasterii s. Illarionis, quoad vixerit, appellari et nominari, nec a prefatis priori et fratribus dicte domus ab illo amoveri possit, nec non prioribus et fratribus dicte domus, in illa pro tempore degentibus, libertatibus, immunitatibus, indulgentiis et indultis apostolicis, quibus alie domus dicti ordinis et illarum priores et fratres in genere quomodolibet gaudent, potiuntur et utuntur, seu uti, potiri et gaudere, libere et licite valeant et debeant, auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus; quodque post obitum dicti Benedicti, nomen monasterii et ordinem s. Benedicti huiusmodi, eisdem auctoritate et tenore supprimimus et extinguimus, ipsaque suppressa et extincta tunc esse censeantur, iure tamen parochialis ecclesie et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape octavi, predecessoris nostri, prohibente, ne predicti aut cuiusvis alterius ordinis mendicantium fratres ad inhabitandum nova loca recipere, seu iam recepta mutare presumant,

absque sedis apostolice licentia speciali, ac aliis constitutionibus et ordinationibus etc. quibuscumque.

Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, septimo calendas augusti, pontificatus nostri anno quarto.

E quasi lo stesso dì, il capo dell'Ordine, p. Leonardo Mansueti, spedì al p. Raibaldi la patente di vicario del luogo, con molte prerogative di giurisdizione, un bell'elogio alle doti sue personali, e la facoltà d'aggregarsi dei socii sotto il medesimo tetto. V'è aggiunto il particolare non segnato innanzi, che cioè al felice accomodamento avevano preso attiva parte gli abitanti delle vicine case.

(N. 3)

(29 luglio 1475)

In Dei filio sibi carissimo, fr. Alexandro Raybaldo de Ianua, provincie Lombardie, ord. pred., fr. Leonardus de Mansuetis, de Perusio, sac. theol. professor, ac eiusdem ordinis humilis magister et servus, salutem et divine gratie plenitudinem.

Quia ss. dominus noster, dominus Sixtus, divina providentia papa IIII, dicitur concessisse ordini nostro locum et ecclesiam s. Hylarionis in capite Albarii extra muros civitatis Ianue ad unum miliare, vel circa, ad instantiam nobilium de Auria et nonnullorum aliorum civium Ianuen., cohabitantium iuxta dictam ecclesiam: Id circo volens, dicto loco de fratribus providere, et contemplationi ac devotioni dictorum nobilium et civium satisfacere, salutique animarum intendere quoad possum, vos, de cuius religiosa conversatione, religionis zelo, regiminis experientia, gratia in verbo Dei, probata vita, sana doctrina, prudentia, discretione, aliisque meritis et virtutibus plurimis, gero in Domino fiduciam plenioram, presertim cum fidedigna relatione didicerim vos propter probitatem et virtutes vestras dictis nobilibus et civibus gratum fore, meum super dicto

loco facio et instituo vicarium per presentes, tam in spiritualibus quam in temporalibus; dans vobis auctoritatem recipiendi et retinendi in dicto loco fr. Stephanum de Albizola, diocesis Saonen. et fr. Antonium conversum, de valle Unelie, diocesis Albinganen., atque alios fratres quotquot fuerint necessarii, dummodo non recipiatis fratres fugitivos vel alibi assignatos in penam. Super quibusquidem fratribus, qui vobiscum in prefato loco morabuntur, concedo vobis auctoritatem et potestatem plenariam, quam habent priores conventuales nostri ordinis super fratribus suorum conventuum in omnibus et per omnia, ita quod etiam possitis recipere fratres ad habitum nostri ordinis, clericos vel conversos, vel etiam ad tertium habitum de penitentia aliquem vel aliquos pro servitio et obsequio dicti loci, et possitis presentare fratres pro audientia confessionum, ac etiam idoneos et legitime etatis promovere vel promoveri facere ad ordines sacros, et omnia et singula alia facere in dicto loco, tam quoad vosmet quam erga fratres vestros, que possunt facere priores nostri conventuales in conventibus suis, in correctionibus, dispensationibus, confessionibus, absolutionibus et in cunctis aliis, in omnibus et per omnia.

Dans insuper et concedens vobis auctoritatem dictum locum reparandi, edificandi, eius bona et iura recuperandi et defendendi, et, si opus fuerit, in iudicio comparendi, procuratorem constituendi, fratres corrigendi, ordinandi, disponendi, et omnia et singula alia faciendi que pro conservatione et augmentatione dicti loci vobis visa fuerint necessaria et opportuna, etiamsi talia fuerint que mandatum exigent speciale. Imponens vobis hoc officium in meritum obedientie, et precipiens vobis, quatenus illud humiliter acceptetis, et secundum gratiam vobis datam, diligenter et solícite exequamini. Mandans omnibus fratribus dicti loci, in virtute s. obedientie, quatenus vobis tamquam vicario meo legitimo in omnibus, sicut decet, studeant prompte et simpliciter obedire. Nolens quod aliquis me inferior vos in premissis impediatur, aut molestetur, nullis in contrarium facientibus, obstantibus quovis modo. In quorum omnium fidem et testimonium, sigillum officii mei duxi presentibus appendendum. Valet, et pro me Deum rogate.

Datum Rome, die vigesima nona mensis iulii, anno dominice in-

carnationis millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, indictione octava. Assumptionis mee anno secundo.

Loc. sigil.

LEONARDUS DE FLORENTIA.

Registrat. fol. 198.

Segue d'altro carattere:

Ego mag. Thomas Nannis de Viterbio, vicarius generalis conventuum reformatorum romane provincie, et rev.mi generalis vicarius generalis in provincia Lombardie, ac in eadem commissarius ss. domini Sixti pape III, confirmo supradictas gratias, auctoritate apostolica, pro cuius testimonio sigillum nostrum preposui. 1481 die 8 octobris.

Il delegato scelto da Sisto IV ad eseguire la commissione affidatagli, Bartolomeo Pammoleo, prevosto di s. Pietro di Banchi, eseguì l'incarico senza troppa fretta, poichè solo il 26 aprile 1476 gli diè compimento, investendo colle formalità consuete il p. Raibaldi del nuovo possesso, alla presenza del Carletti e di Ludovico Villani, successo nel priorato di s. Matteo al Cortese.

(N. 4)

(26 aprile 1476)

Universis et singulis presentes litteras, seu presens publicum instrumentum etc. inspecturis etc., Bartholomeus Pammoleus, prepositus ecclesie s. Petri de Banchis, Ianuen., iudex, commissarius et executor unicus ad infrascripta, a sede apostolica specialiter deputatus, salutem etc.

Noveritis quod cum dudum q. ven. religiosus, dominus fr. Andreas de s. Ambrosio, tunc prior monasterii s. Mathei, Ianuen., ord. s. Benedicti, dum vixit, de bonis, ut asserebat, ex sui industria, tempore prioratus, seu quo preerat, acquisitis, et sibi v Deo collatis, unum monasterium in villa capitis Albarii, Ianuen. dioc., in loco in quo esse solebat ecclesia s. Viti etc., fundare etc. proposuisset, et muros quidem ecclesie dicti monasterii altitudinis pal-

morum decem vel circa dumtaxat construi etc. fecisset, ecclesiaeque ipsa altitudinis predictae tempore mortis suae imperfecta remansisset, prout adhuc hodie remanet :

Et deinde dicto monasterio etc. alias non perfecto, nec sufficienter dotato etc., ven. vir, dominus fr. Benedictus de Carletis modernus prior etc., cuius monasterii ecclesiae muros etiam erigi fecit, cum omnibus iuribus etc. sibi conferri etc. obtinuisse : et successive inter tunc priorem s. Mathei et tres gubernatores albergi nobilium de Auria, ex una, et dictum dominum fr. Benedictum priorem etc. partibus, ex altera, etc. orta materia cause et questionis, tandem partes predictae pro bono pacis etc. ad transactionem et concordiam talem devenissent, quod etc. :

Cumque nuper nonnulli cives Ianuen., incole et vicini dicti monasterii etc., considerantes dictum monasterium ne dum imperfectum, sed hactenus inceptum non fuisse, sed tantummodo ipsius ecclesiae muros certe altitudinis fundatos et erectos existere, absque tecto de presenti etc., et pro ipsorum et aliorum circumstantium Christi-fidelium animarum salute, iam diu desiderarent et proponerent dictum monasterium, sive locum aut ecclesiam, in monasterium aliquorum religiosorum fratrum de observantia regulari etc. transferri etc., ac tunc apparuisset, inspirante Domino, ven. religioso etc. fr. Alexandro Raibaldo de Ianua, q. Bapt., ord. fratrum pred. de observantia, qui locum ipsum sic imperfectum, quandiu vixerit, recipere, et concedente Domino ipsius fr. Alexandri industria et sollicitudine etc. in monasterium conventuale eiusdem ordinis reducere et perficere facere etc. proponebat se paratum offerre etc. :

Tandem ven. religiosus, dominus fr. Ludovicus de Villanis, prior dicti monasterii s. Mathei et tres nobiles gubernatores albergi de Auria etc. et ven. religiosus, fr. Benedictus de Carletis prior etc. locum predictum, sive ipsius ecclesiae muros sic erectos, aut ecclesiam ipsam sic imperfectam etc., cum aliis edificiis ibidem contiguis, nec non terram et possessionem dicti loci etc. eidem domino fr. Alexandro Raibaldo presenti et acceptanti etc. sponte etc. dederunt etc. sub nonnullis modis etc., prout constat publico instrumento etc. sub anno etc. MCCCCLXXV proxime preterito, die vigesima sexta mensis iunii etc. :

Et subsequenter ss. in Xpo patri etc. Sixto pape IIII, pro parte dicti domini fr. Alexandri de Raibaldis exposito quod etc., idem ss. in Xpo pater etc. huiusmodi supplicationibus inclinatus, litteras suas apostolicas datas Rome etc. nobis direxit etc., et quarumquidem etc. tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Sixtus episcopus etc. *come sopra nel documento n. 2 a pag. 520.*

Post quarumquidem litterarum etc. presentationem etc., cum instantia debita requisiti quatenus ad executionem predictarum etc. procedere dignaremur etc.

Nos itaque Bartholomeus prepositus, iudex, commissarius et executor apostolicus prefatus, attendens etc. premissa omnia et singula in dictis litteris apostolicis narrata et contenta, quoad effectum supra et infrascriptorum, veritate fulciri: idcirco auctoritate apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte, de expresso consensu dictorum dominorum fr. Ludovici s. Mathei et fr. Benedicti s. Hilarionis monasteriorum predictorum priorum, presentium et infrascriptorum etc., prefato domino fr. Alexandro de Raibaldis presenti etc. monasterium predictum s. Hilarionis de Albario, in domum dicti ordinis fratrum predicatorum de observantia nuncupatorum etc. erigendi et construendi etc. licentiam concedendam duximus etc. per presentes, prefatumque dominum fr. Alexandrum coram nobis constitutum etc. in ipsius domus sic erigende et construende priorem quoad vixerit etc. constituimus ac deputamus.

Et nichilominus etc. Que omnia etc. In quorum omnium etc.

Datum et actum Ianue, in ecclesia nostra predicta s. Petri de Banchis, sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, indictione octava secundum etc., die veneris, vigesima sexta mensis aprilis, in tertiis etc. presentibus ibidem ven. viris, dominis presbitero Iohanne de Plazia de Zoalio, cappellano in dicta ecclesia s. Petri, et presbitero Simone de Orieto de Castilione, archipresbitero ecclesie s. Antonini de Castilione, Brugnaten. dioc., ac Bartholomeo de Rovenio, calsolario q. Io., cive Ianuen. testibus ad premissa vocatis etc.

Ego Andreas de Cario q. Nic. clericus Ianuen etc.

Mostrossi invece assai premuroso nello spedire istanza al papa di volere sminuire la tassa dagli ufficiali della romana curia imposta sulla rendita della terra e dei proventi alla cappella di s. Vito, superiore di troppo al valore reale dei medesimi, e derivata da erronea interpretazione dei prezzi correnti dei luoghi di s. Giorgio.

(N. 5)

(1.º maggio 1476)

Beatissime pater, nuper accepi quasdam commissionis litteras sanctitatis vestre inter alia continentes, quatenus cum ven. viri, frater Ludovicus de Villanis prior s. Mathei, Ianuen. et frater Benedictus de Carletis s. Ilarionis de Albario, Ianuen. dioc. monasteriorum ordinis s. Benedicti priores, quod monasterium predictum s. Ilarionis a dicto monasterio s. Mathei dependens, in domum fratrum predicatorum de observantia erigatur et construatur consentire proponant ven. religioso, fr. Alexandro Raibaldo de Ianua, dicti ord. fr. pred. de observantia, dictum monasterium s. Ilarionis in domum conventualem fratrum predicatorum huiusmodi erigendi, construendi, de ipsorum fr. Ludovici et fr. Benedicti expresso consensu licentiam, auctoritate apostolica, concederem, sub certis reservationibus locorum viginti duorum et librarum septuaginta quinque comperarum s. Georgii, comunis Ianue, pro dote eidem monasterio s. Ilarionis assignatorum, prout in dictis litteris apostolicis plenius continetur. Ego autem ad ipsarum apostolicarum litterarum executionem, de dictorum priorum expresso consensu, procedere curavi, iuxta ipsarum continentiam et tenorem.

Verum, Beatissime pater, domini officiales camere apostolice, intelligentes et forsan credentes libras septuaginta quinque predictas, que pro tribus quartis partibus unius ex dictis locis computantur, fuisse et esse redditus et proventus locorum predictorum, et consequenter illorum fructus, redditus et proventus valorem annuum viginti quatuor florenorum de camera excedere, prefatum fr. Alexandrum pro annata dicti monasterii s. Ilarionis, sive pro eo, ut idem

fr. Alexander asseruit, sub certis penis et censuris solvenda dicte camere obligari fecerunt.

Cum autem loca dictarum comperarum s. Georgii comunis Ianue computentur, videlicet, libre centum pro quolibet loco, quia antiquis temporibus tantum valebant, et modo non valent libras quinquaginta monete Ianue pro quolibet loco, et cum denominantur et scribuntur libre centum dictarum comperarum intelliguntur eas computari pro loco uno et libras quinquaginta pro loco medio et libras septuaginta quinque pro tribus quartis partibus alterius loci, et sic pro rata librarum taliter descriptarum; locaque comperarum huiusmodi a multis annis citra respondere non consueverint, nec hodie respondeant ultra ducatum unum auri pro quolibet loco, et pro rata libre septuaginta quinque dictarum comperarum non respondeant nec responderi consueverunt ultra tres quartas partes unius ducati anni, et sic consequentur fructus, redditus et proventus dictorum locorum viginti duorum et librarum septuaginta quinque pro tribus quartis partibus unius loci computatorum, qui vigore dictarum litterarum apostolicarum, una cum usufructu terrarum et possessionum dicti monasterii s. Ilarionis eidem fr. Benedicto ad vitam suam reservati extiterunt, valorem annum viginti quatuor florenorum auri de camera non excedant nec attingant, prout hec omnia notoria et manifesta sunt in civitate Ianue, et clarius poterit eadem Sanctitas vestra per litteras spectabilium dominorum protectorum dictarum comperarum s. Georgii, et etiam a nonnullis civibus et mercatoribus Ianuen. in Romana curia commorantibus, de cursu pr. . . . (*logoro*) et computo locorum et librarum comperarum s. Georgii huiusmodi informari et plenius certiorari :

Sitque dictus fr. Alexander pauper et egenus, et auctor tam pii et laudabilis operis, qui etiam pro expediendo litteras apostolicas, et erigendo ac perficiendo domum (*sic*) opus dicti monasterii huiusmodi obligationem in dicta camera apostolica fecisse dignoscitur, et secundum premissa ad solutionem prime annate huiusmodi non teneatur, quam non absque eius maxima iactura solvere posset, ad requisitionem dicti fr. Alexandri has meas litteras prelibate Sanctitati vestre scribere decrevi, pro exclamatione veritatis et instructione mentis eiusdem vestre Sanctitatis, ut, veritate ipsa per me cognita,

in premissis dicti fr. Alexandri indemnitati providere valeat eadem Sanctitas vestra, cui me facio devotissime commendatum, ad pedum oscula beatorum.

Ex Ianua. kal. maii MCCCCLXXVI.

S. V. filius devotissimus

BARTHOLOMEUS PAMMOLEUS
prepositus ecclesie s. Petri de Banchis,
Ianuen.

È probabile n'abbia ottenuto, come di giustizia, lo sgravio, almeno parziale. Si dedicò allora il Raibaldi a tutt' uomo all' opera della fabbrica del convento, e a coprire di tetto la chiesa, che fu la prima ad essere condotta a termine. Quello invece sembra non riuscisse compito in ogni sua parte se non verso il 1510. Lo ricavo da una distinta di spese presentata al pagamento, la quale reca la data del 9 novembre di quell' anno; notevole fra tutte la spesa *pro Simone architectore*. Nel frattempo al morto generale Mansueti era stato sostituito Bartolomeo Comazzi, che a sua volta confermava il prelodato Raibaldi in vicario di s. Vito.

(N. 6)

(28 aprile 1485)

In Dei filio sibi carissimo, ven. patri, fr. Alexandro de Raybaldis, de Ianua, provincie Lombardie superioris, ord. pred., fr. Bartholomeus de Comatiis, de Bononia, sac. theol. professor, ac eiusdem ordinis humilis magister et servus, salutem et religionis observantiam salutarem.

Quia ss. dominus noster, Sixtus divina providentia papa IIII, concessit ordini nostro locum et ecclesiam s. Hylarionis in capite Albarii, extra muros civitatis Ianue, ad instantiam nonnullorum civium Ianuen., idcirco volens dicto loco de fratribus providere etc., vos de cuius religiosa conversatione etc., meum super dicto loco

facio et instituo vicarium per presentes etc. Dans vobis auctoritatem etc. *tutto sino alla fine come nel documento n. 3 a pag. 523.*

Datum Florentie, anno domini MCCCCLXXXV, die vero XXVIII, mensis aprilis, (assumptionis nostre) anno primo.

Loc. sig.

PETRUS A.

Registr. fol. 213.

Viveva tuttavia il 24 ottobre 1502, quando l'altro generale, Vincenzo Bandello, a provvederlo d'assistenza e benevola cura, se infermo, e di suffragi dopo morte, lo riassegnò al convento di Castello, e assieme tempo emise il decreto, con cui, presi al certo gli opportuni accordi, univa e incorporava il luogo di s. Vito al prememorato nostro cenobio (1). Anzi, sebben proceduto negli anni, durava vicario ancora l'11 settembre 1508, data della conferma dell'unione suddetta, fatta dal successivo moderatore dell'Ordine, Tommaso de Vio, il famoso teologo, e commentatore di s. Tommaso, poi cardinale, più conosciuto sotto il nome di Caetano.

(N. 7)

(11 settembre 1508)

In Dei filio sibi carissimo, patri, fr. Alexandro Raibaldo, Genuen. ord. pred., fr. Thomas de Vio, Caietanus, sac. theol. professor, ac totius eiusdem ordinis humilis generalis magister et servus, salutem et Spiritus sancti consolationem.

Cum olim per fel. rec. ss. dominum nostrum Sixtum papam quartum, locus s. Hilarionis in capite Albarii extra muros civitatis Genue, ordini nostro prefato collatus fuerit, et vos per suam Sanctitatem illic prior institutus, ac postmodum per nonnullos magistros generales, predecessores meos, illi loco vicarius deputatus fueritis: volens et loco illi et vobis opportune consulere, ut et ille religiose

(1) Vedi il documento già edito a pag. 243 del vol. seguente.

gubernetur, et vos consuetis suffragiis post mortem non fraudemini, per presentes, auctoritate mei officii, dictum locum s. Hilarionis cum omnibus ad illum pertinentibus applico et incorporo, applicatumque et incorporatum denuncio conventui s. Marie de Castello, dicti ordinis nostri et congregationis Lombardie in prefata civitate Genuen. sito, et ei dicti loci, omniumque ad illum pertinentium possessionem liberam concedo.

Vos autem quem vicarium, gubernatoremque predicti loci ad vitam esse volo, cum omnibus gratiis et privilegiis per prenominatum ss. q. dominum nostrum Sixtum quartum, ac magistros generales predecessores meos vobis concessis, vi presentium, dicto conventui S. M. de Castello assigno et assignatum declaro. Volens illum vobis post mortem vestram ad consueta ordinis suffragia obligari, et similiter vos illi; in contrarium faciendis non obstantibus quibuscumque. In cuius fidem et robur, presentes fieri et sigillo officii mei feci muniri.

Rome, XI septembris MDVIII, assumptionis mee anno primo.

loc. sig.

Fr. ALPHONSUS RICIUS.

Registr. fol. 157 primi reg.

Già da buona pezza s'era egli aggiunto compagno di vita e di fatica il p. Antonio Delle-Lanze, taggiasco (1), e desiderò, ora che sentivasi venir meno le forze, averlo successore nel posto, o confortatore almeno negli ultimi giorni del viver suo. Non bastandogli la promessa dell'immediato superiore, il vecchio padre, curoso del compimento finale della sua opera di s. Vito, chiese al papa, in epoca non precisata nella carta, che rinvenimmo (2), l'intervento della suprema autorità, per averlo sempre al suo fianco; e probabilmente ne fu reso pago.

(1) Figlio del convento, registrato nel Sillabo. Vedi sopra a pag. 42, n. 77.

(2) È in copia semplice, non autentica, nè sottoscritta.

(N. 8)

(.)

Beatissime pater. Cum dudum a fel. record. Sixti pape quarti predecessoris vestri, locus et ecclesia s. Ilarionis de Albario, extra muros civitatis Ianue, qui erat alias ordinis s. Benedicti, de consensu et voluntate prioris s. Mathei et trium nobilium de Auria, datus fuerit ordini predicatorum, et fr. Alexander de Raibadis de Ianua, dicti ordinis, de gratia speciali fuerit institutus prior in vita sua, auctoritate predicti predecessoris vestri Sixti pape quarti: et cum iam dictus fr. Alexander ecclesiam novam, cum campanili et campana, et partem novi dormitorii et aliorum edificiorum, erexerit, senio sit confectus: cupiens quod vita regularis et edificia inchoata perseverent et perficiantur, suis precibus et cura obtinuit a magistro Vincentio de Bandelis, magistro generali sui ordinis, in socium aut coadiutorem et vicarium predicti loci fr. Antonium de Lanciis, de Tabia, eiusdem ordinis, virum moribus, vita et scientia approbatum, aptumque ad perficiendum que cepta sunt in eodem loco, ita tamen, dumtaxat excepto, quod non intelligatur dictus fr. Antonius habere aliquod ius in dicto loco, nisi tantum post vitam ipsius fr. Alexandri.

Sed quia dictus fr. Alexander timet ne, post eius vitam, idem fr. Antonius ab aliis perturbari possit, ob hoc cupiens ne locus ille tali supposito carere contingat, idem fr. Alexander humiliter petit et supplicat a Sanctitate vestra pro honore Dei et augmento religionis et pro consolatione sua, litteras quas idem fr. Antonius habet a suo reverendo generali super hoc loco, videlicet post mortem ipsius fr. Alexandri, auctoritate apostolica robore perpetuo confirmari. Et quia locus tenuis et pauper est, nec habet in redditibus certis nisi tantum decem loca cum dimidio comperarum s. Georgii, et idem fr. Alexander in dicto loco cum fratribus suis de eleemosinis simpliciter vivant, ideo expediatur per breve, habeatque robur perpetuum, non obstantibus cancellarie regulis et quibuscumque in contrarium facientibus.

Col stabilirsi in pacifica dimora nell' ameno e solitario colle i domenicani di Castello, si può dire, abbia avuto fine la storia di s. Vito. Divenne un membro o un' ap-

pendice del convento principale, e ne corse anche la buona e cattiva fortuna nei tempi che seguirono. Molto scarse adunque le notizie che lo riguardano; e tre sole ne rinvengo spettanti al resto del XVI secolo.

La prima è una lite mossa dai padri circa il 1530 contro Pier Antonio Albaro, per danni cagionati ad un muro di cinta della loro villa, caduto in parte, e in altra parte pericolante, da una cava di pietre aperta e venduta *pro fabrica edificii, quod construitur in fuce Bissamnis, pro infectis pestilentia*. La causa portata al giudizio del conservatore apostolico, monsignore Domenico Corvara, e sostenuta da un tale Corrado legista, con un'allegazione che trovo in archivio nostro, pare fosse decisa colla peggio del querelato. Nell'anno della micidiale pestilenza (1528) un drappello dei frati di Castello ricoprò a s. Vito, ma con poco vantaggio, perchè parecchi ne morirono; e richiesti di nuovo nel 1579 dai cittadini che vi si erano rifugiati, il priore vi mandò quattro sacerdoti pei soccorsi spirituali, come narriamo altrove (1).

Non isfuggì la cappella di s. Vito la severa censura del visitatore pontificio, Francesco Bosio nel 1582, il quale, anche per essa, emanò ordini perentorii, assoluti, e sono i qui appresso.

(N. 9)

(1582)

In ecclesia s. Viti, quae asseritur membrum
esse s. Mariae de Castello.

Pixis, intra menses octo, in qua sacrosancta eucharistia asservatur, decentior et ad usum communionis commodior fiat, sub qua corporale semper substratum habeatur, et decenti conopeo tegatur.

(1) Vedi a pag. 304 e 352 del vol. seguente, ove trovasi il documento relativo.

Tabernaculum etiam ligneum et ornatum intra idem tempus comparetur, quod supra altare maius collocetur. At peracto dicto termino, si praedicta prestita non fuerint, ss. sacramentum in hac ecclesia interdicitur detinere.

Sacrarium, quod nunc est subtus altare maius, intra mensem obstruatur, et novum fiat, quod claudi possit in cappella maiori, vel in sacristiae loco idoneo.

Altare maius instruatur predella nova et lapide sacro iustae magnitudinis, et icona et umbella ex asscribus pulchre depictis, vel tela varie colorata, vel panno serico, qui desuper contegatur.

Altare Rosarii habeat crucem ex argento vel auricalco vel saltem aere inaurato, et candelabra ex auricalco et tabellam secretorum, intra menses octo. Quia vero idem altare subtus vacuum est, solidetur intra mensem.

Sedilia certarum personarum vel familiarum amoveantur intra tempus, sub hiis poenis quae in decreto de sedilibus metropolitanae ecclesiae continentur.

Confessionale novum fiat intra mensem, ac confessiones mulierum in eo confessionali audire, quod nunc est in ecclesia, interdicitur, sub poena suspensionis.

Sacristia expoliatur, et in ea vestiarium ac lavacrum fiat, intra menses quatuor.

Corporalia duo cum totidem sacculis, purificatoria duodecim, vela calicis duo, manutergia sex, ad praescriptam rationem habeantur in hac ecclesia, ad bimestre.

La chiesa di s. Vito rifatta ad opera del p. Raibaldi non era poi tanto piccola, come a prima giunta parere potrebbe. Noi la vedemmo ancora del 1855 nuda affatto nell' interno, e divenuta, se la memoria non falla, magazzino di legname; ma chi la visitò, anche più attentamente, dopo di noi nel 1862, levandone il tipo, sa dirci che era d' una sola nave, larga metri nove e venti centimetri, lunga diciannove e centimetri dieci; aveva tre

altari, i due minori in legno e di calce il maggiore. Dei primi, quello dedicato al Rosario, possedeva una statua lignea della B. V., custodita oggidi in sacrestia della parrocchiale di Foce. Decoravano il maggiore due balastrate marmoree, costruitevi nel 1585 dal magnifico Benedetto Giordano (1), come da poche parole scolpitevi si potè ricavare; il pavimento umile e di mattoni (2).

Il numero dei frati addetti al servizio della cappella emmi avviso sia sempre stato scarso, due o tre al più, compreso il vicario, e spesso anche di questo solo, con un servo laico o converso. È probabile anzi che tal fiata nissuno vi risiedesse la maggior parte d'anno, e sotto il dì 11 luglio 1606 trovo ordinata la celebrazione di due messe in s. Vito per solo i tre mesi estivi (3), come già fu narrato per l'altro conventino di s. Luca d'Albaro.

L'elezione del vicario, in antico fatta dal priore soltanto (4), al più tardi nel 1592 era divenuta un diritto esercitato dal consiglio degli anziani, e da quell'anno ha principio l'elenco che ne potemmo comporre, il quale si ferma al 1651.

(1) Patrono della cappella di s. Giacinto in S. M. di Castello. Vedi a pag. 174 della mia *Illustrazione*.

(2) REMONDINI, *Parrocchie suburbane*, a pag. 34.

(3) Die 11 iulii 1606. Vocatis patribus a consiliis, determinatum fuit pro domino Iacobo et Petro Francisco de Salutiis celebrari debere tres missas quotidie, ipsis elargientibus elemosinam librarum quodringentarum sexaginta monetarum ianuarum quottannis, hoc pacto quod duae praedictarum missarum celebrentur in conventu s. Viti in tribus mensibus aestatis.

(4) Vedi nel documento n.° 110, a pag. 353 del vol. seg.

ELENCO DEI VICARII DI S. VITO.

1592, 28 gennaio. — P. Domenico Ceva, lettore, di Genova, eletto.

1594, 7 agosto. — P. Ludovico Adorno, di Genova, id.

1598, 9 giugno. — P. Pier Martire Dondo, di Voltri, predicatore emerito, id.

1600, 8 giugno. — P. Filippo Malvasia, di Genova, *institutus a rev. patre, fr. Petro-Martyre, de Vulturo, praesentibus patribus a consilio conventus, et habito prius, iuxta consuetudinem, eorum consensu per vota secreta*; così il registro.

1602, 25 giugno. — Lo stesso confermato.

1606, 20 giugno. — Lo stesso rieletto.

1607, 27 giugno. — P. Antonio di Capriata, eletto in forza del seguente atto consigliare:

Die 27 iunii 1607, cum iam expirata auctoritate rev. patris, fr. Petri Martyris de Vulturo, expirasset auctoritas vicariorum locorum s. Viti et s. Lucae, immediate subiectorum ad conventum S. M. de Castello, et ob carentiam novi prioris, ideo novorum vicariorum provisio procrastinaretur, ut non posset amplius retardari absque gravi dictorum locorum (praesertim vero s. Viti, in quo nec fenum adhuc est obruncatum, nec vites sunt amputatae) damno, et saecularium scandalo, qui quotidianos redditus tribuunt pro celebratione divinorum officiorum in his locis, visum est patri fr. Thomae de Burgotario, superiori in capite, congregare consilium patrum, et in propria persona singulos patres a consiliis vocans, singulos est admonitus se velle procedere ad electionem huiusmodi vicariorum, per vota secreta iuxta consuetudinem etc., propositaque necessitate et indigentia locorum etc., omnes fuerunt in voto, per fabas accepto, quod pater fr. Antonius de Capriata, lector, esset vicarius s. Viti, et pater fr. Reginaldus de Zignago esset vicarius s. Lucae de Albario etc.

1610, 27 maggio. — P. Reginaldo Zignago, eletto.

1610, 2 agosto. — P. Gio. Ambrogio Di Negro, eletto in sostituzione al precedente.

1612, 14 gennaio. — P. Filippo Malvasia, rieleto, *cum pater fr. Io. Ambrosius de Genua, alius vicarius obiisset.*
Era morto il 2 gennaio, e già sepolto, poco mancò venisse esumato pel motivo che segue:

Die 4 ianuarii 1612. Cum repentina morte diem suum clausisset pater, fr. Io. Ambrosius de Genua, et post eius sepulturam repertae fuissent in eius camera et capsula librae 200 monetae genuensis, quas pecunias, inscio priore, habuerat et retinuerat, ipse rev. pater prior, fr. Bonifacius de Viglevano, congregatis in unum fratribus, proposuit an esset exhumandus, et tamquam proprietarius in loco non sacro tumulandus. Cum ab abm. rev. patre magistro, fr. Io. Baptista de Urbino dictum fuisset quod ei paulo ante idem pater, fr. Io. Ambrosius ei retulerat se a maioribus superioribus habere licentiam, et a patre fr. Philippo Malvasia praedicatore dictum pariter fuisset quod vicarii locorum, ex consuetudine quadam in hoc conventu, habere facultatem retinendi pecunias apud se, et quod primo die huius anni ei peccata sua confessus fuerat, et quod paulo ante quam amiserit loquelam dixerat se remittere in manus Domini, quae verba bene compositi animi signa sunt, conclusum fuit non esse exhumandum, nisi aliquid aliud contra ipsum detegeretur.

- 1614, 12 giugno. — P. Gio. Crisostomo, di Diano, eletto.
1618, 18 giugno. — P. Agostino M.^a Alessi, di Genova, eletto.
1619, 12 giugno. — P. Reginaldo Zignago, lettore, rieleto.
1621, 24 maggio. — P. Serafino Pasqua, di Genova, eletto.
1624, 25 nov.^{bre}. — *Determinatum fuit quod loco s. Viti provide-
retur eo modo quo hactenus provisum est.*
1627, 30 luglio. — P. Diodato Centurione, di Genova, eletto.
1629, 6 giugno. — P. Gio. Domenico Ghilini, di Genova, eletto.
1630, 20 luglio. — P. Gio. Battista Roisecco?, di Genova, eletto.
1631, 23 giugno. — P. Diodato Centurione, di Genova, rieleto.
1636, 18 giugno. — P. Diodato predetto, rieleto *per biennium.*
1638, 1.^o giugno. — P. Filippo Goano, di Torriglia, eletto.
1640, 3 giugno. — P. Paolo Vincenzo Centurione, eletto.
1643, 2 gennaio. — P. Gio. Ambrogio Ghilini, eletto *ad biennium.*

- 1644, 1.º giugno. — P. Gio. Battista Salvago, di Genova, eletto.
1646, 30 luglio. — P. Diodato Centurione, di Genova, rieletto
*cum conditione antedicta circa inceptionem
et desistionem.* Vedi sotto s. Luca, stesso
giorno, a pag. 450.
1646, 3 agosto. — P. Angelo Tasso, di Genova, sostituito al
precedente rinunciatario, e alla stessa con-
dizione.
1648, 8 giugno. — P. Filippo Goano predetto, rieletto.
1649, 23 giugno. — P. Diodato Centurione, rieletto.
1651, 12 agosto. — Lo stesso rieletto alla seguente condizione:
Die 12 augusti 1651, cum locus noster s. Viti de Albario unde-
quaque ruinam minetur, et multis per a. r. p. priorem requisitis
patribus qui vellent in eo commorari, nullus inventus sit qui curam
huiusmodi acceptare vellet; ideo idem pater prior proposuit patribus
an vellent, stante in dicto loco necessaria vicarii institutione, et
eiusdem reparatione, vicarium instituere ad tres annos r. p. fr.
Paulum Vincentium Centurionum, cum obligatione expendendi pro
reparatione illius, non pro personali commoditate, libras quingentas
monetae Genuae, quae reparatio sit visibilis et tangibilis; et patres,
acceptis calculis, annuerunt, decem enim retulit favorabilia vota et
duo repugnantia.

Di qui si raccoglie che la fabbrica di s. Vito a mezzo
il XVII secolo, causa le guerre dapprima e poi il bom-
bardamento del 1684, minacciava rovina, e urgente s' of-
friva il bisogno di ripararla. Vi si era mandato l'anno
1643 un converso perito in quell' arte (1), ma con scarsi
mezzi a poco aveva provveduto; giacchè di nuovo nel
1690 urgendo maggiormente venire a un pronto e so-

(1) Die 2 decembris 1643 cum noster locus s. Viti de Albario ruinam unde-
quaque minaretur, multisque indigeat utensiliis, patres a consiliis, priore proponente,
commiserunt fr. Iustino converso de Genua ut eundem adeat, ibique commorare
possit ac debeat, ut illum pro viribus repararet, eique provideat de necessariis; salva
tamen semper auctoritate patris vicarii pro tempore.

lido ristauero, il prior stesso Vincenzo Acquarone se ne prese il carico, mediante un tenue rimborso (1). Vi concorse con elargizione non modica l'arcivescovo Giulio Vincenzo Gentile, già frate a Castello, il quale amava ritirarsi a quando a quando colà in solitudine per ritemprarvi lo spirito affaticato dalle cure del suo ministero. Ma il rincalzo maggiore e più costoso, avvenne dopo, e quasi alla vigilia del suo abbandono. Cominciato nel 1754, in cui fu deciso di spendervi tutto il ricavo della rendita (2), il 10 marzo 1770 si chiese e ottenne da Roma la facoltà di erogare a quest'opera scudi cento cinquanta romani; e non bastati, altra indeterminata somma nel 1778 si commetteva al sindaco del convento di spendere al completo assetto della casa (3), che cessava di appartenerci colla legge del 1797, abolitiva delle corporazioni religiose.

Non devo lasciar sotto silenzio una cosa, ugualmente onorifica al donato e al donatore. Correndo il 1661 i

(1) Die 9 februarii 1690... unanimi calculo secreto deputatus fuit a. r. p. fr. Io. Baptista Tavaronus, prior huius conventus, ut curam habeat restaurandi tectum et providendi cellas de utensiliis conventus seu domus s. Viti, ad commoditatem patrum huius conventus, ex propriis expensis dicti patris, per tres annos ab hac die incipiendos, dummodo conventus S. M. de Castello solvat ipsi, vel ex redditibus eiusdem s. Viti vel ex aliis, libras vigintiquinque in quolibet ex tribus annis, ut idem a. r. pater coram praedictis patribus a consiliis se obligavit et acceptavit.

(2) Die 10 iulii 1754 proposuit adm. rev. pater prior, fr. Vinc. Aquaroni, an locanda foret domus s. Viti extra moenia urbis sita, eiusque proventu et ipsa et annexa ecclesia restauranda; quod secretis calculis adprobarunt patres, cum hac tamen conditione, ut p. syndicus, cui munus locandi domum committebatur, a priore dependeat, et maiorem utilitatem curet.

(3) Die 6 aprilis 1778 convocatis etc. a p. mag. fr. Vinc. M.^a Lercari, priore.. data est facultas r. p. sindaco impendendi summam pecuniae indeterminatam, ex bonis omnibus conventus, pro restauratione tectorum conventus s. Viti, vulgo s. Vio, quae peritorum iudicio necessaria erit, ita tamen ut restringatur ad ea quae actuali indigent restauratione; et hoc pacto omnes annuerunt.

nobili D' Oria espressero desiderio che una lapide fosse murata in chiesa di s. Vito, memorante l' antico loro possesso e la cessione fattane ai domenicani. Questi raccolti a consulta il 9 dicembre detto anno, di buon grado vi aderirono, come leggo nel libro dei consigli (1). L'iscrizione fu posta e dice così: « Gratum animum nulla occupat prescriptio. Ecce adhuc post duo saecula huius loci ab ill.ma familia de Auria recognoscit cessionem dominicana religio, ut quae perennaturam instruat memoriam hoc lapide gaudet firmari ab eiusdem gubernatoribus DD. Baptista q. Io. Lucae, Ignatio et Francisco M. A. D. Brancaleonis, anno Domini MDCLXI ».

Oggidi, alla chiesa conservata intatta nei muri esterni fino al 1879, coll' acuminato suo campanile a liste bianconere, sottentrò una vaga palazzina d' eguale dimensione all' antico edificio e ornamentazione parimente simile; e lo stesso dicasi del convento che le sorgeva a lato, convertito in villeggiatura signorile. Veduta dalle opposte mura, che diconsi di s. Margherita, in regione di Carignano, fa bella mostra di se, e per la copia e frescura degli alberi che quasi d' ogni intorno la cingono, muove a un naturale senso d' invidia verso i fortunati proprietari.

(1) Die 9 decembris 1661 ad instantiam ill^{orum} dominorum gubernatorum familiae Auriae, concessum fuit, unanimi consensu patrum, eisdem ut in ecclesia s. Viti possent erigere lapidem, in quo extaret memoria cessionis factae eiusdem loci et ecclesiae conventui S. M. de Castello.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, but the characters are too light and blurry to be transcribed accurately.




III.

S. CHIARA D' ALBARO

I.

Fondazione della Cappella e trapassi ai Francescani e Gesuiti.

LTREPASSATO d'alcune centinaia di metri il suolo su cui sorgeva un dì la chiesa di s. Luca, la strada provinciale si abbassa alquanto, seguendo il declivio della costa, innanzi di giungere al nuovo ponte, che dal territorio di Albaro mette a quello di Sturla, presso la piccola fermata ferroviaria. A questo punto di scesa apresi a destra una via incassata fra due muri alti e molesti, che intercettano la vista delle ville e dei giardini posti a lato, e riesce da ultimo ad una piazza abbastanza ampia, in

fondo alla quale tu vedi apparire la chiesuola, da cui prende il nome la via, detta perciò di s. Chiara (1).

Anch'essa appartenne un tempo ai domenicani, non però di S. M. di Castello, come molti scrissero, ma sì dell'altro convento di s. Domenico, ora distrutto; e noi nella presente opera amiamo parlarne, a ogni modo, per esaurire la narrazione storica delle case occupate un giorno dai nostri nella regione d'Albaro, e perchè non vadano perdute le memorie che mi stimo felice d'avere ancora trovato, a rettifica di errori non pochi, che sul conto di esso luogo e oratorio rinvengo stampati in parte, e in parte sulla bocca di viventi, ignari dei fatti che la riguardano.

La fondazione della chiesa di s. Chiara risale ai primordii del XVI secolo. Possedeva in quei paraggi case e ville un ricco signore a nome Paride Fattinanti, figlio di Girolamo e Susanna, marito a Battistina, q. Barnaba Di-Marco. A sfogo di sua pietà generosa, e fors'anche a schivare il disagio di un lungo cammino alla parrocchiale pell'uffizio festivo, egli fabbricò la cappella, dedicandola a s. Chiara (2), non lungi dal suo palazzo, in terreno di sua proprietà, sul ciglio d'un ridente promontorio, situato a fianco d'un dirupo che giù precipitando in profondo burrone è flagellato ai piedi dalle onde marine. Alla buon'opera se gli aggiunse compagna la degna consorte. Costei il dì 11 dicembre 1513 con

(1) Più conosciuta dal volgo coll'antico nome di Capo di Vernazzuola a Boccadasse, o semplicemente *il Cavo*.

(2) Pare nutrisse speciale divozione a questa santa, poichè egli è quel desso che ricostrusse la chiesa di s. Chiara in s. Martino d'Albaro, ad uso delle Clarisse, che vi soggiornano ancora.

suo testamento lasciò luoghi quattro nel banco s. Giorgio, da iscriversi *super ecclesiam s. Clare de Albario, fabricatam per dictum q. Paridem, filium dicte q. Susanne.*

Non è dunque luogo a dubitare sul fondatore, e l'epoca dell'erezione in parola, cioè ai primi anni del 1500. Il provento poi dei quattro luoghi volle la testatrice che fosse devoluto al cappellano d'allora, Bartolomeo Lomellini e, lui morto, al successore, a patto che celebrassero in quell'oratorio; e confessa istituire il legato in adempimento d'un antico desiderio di Susanna, sua suocera, cui perciò è a credere che vedesse già e frequentasse la chiesa dal proprio figlio costrutta. Tutto il qui narrato ricavasi dal documento che soggiungo.

(N. 1)

(11 dicembre 1513)

In testamento q. domine Baptistine, filie q. Barnabe de Marco, et uxoris q. Paridis Fatinanti, de quo rogatus fuit Hieronymus de Cazareto notarius, anno 1513 die 11 decembris, cuius protocolla in archivio ven. collegii d. d. notariorum Genuæ, ad custodiam infrascriptorum notariorum, existunt et adservantur, inter alia adest legatum tenoris sequentis:

Item sciens ipsa testatrix alias per q. Susannam, uxorem q. Hieronymi Fatinanti, socrum ipsius testatricis, legatas fuisse ipsi testatrici certas pecunias, prout constat in testamento dicte q. Susanne, scripto et publicato manu Genesii de Rapallo notarii, seu alterius notarii, ad quod relationem haberi voluit; et quia aliquando fuit facta conscientia ipsi testatrici de dicto legato, sibi ut supra facto per dictam quondam Susannam, per aliquas personas, asserendo quod ipsa testatrix non potuit nec potest retinere dictum legatum secundum deum et puram conscientiam, rationibus et causis ipsi testatrici obiectis; ideo ne ipsi et heredibus suis infrascriptis possit aliquid imputari de male ablato, voluit et ordinavit ipsa testatrix, quod dicti Obertus de Lazario et magn. Christophorus Rubeus, phisicus, duo

ex infrascriptis eius commissariis, tamquam optime et bene docti et instructi de omnibus rebus ipsius testatricis, et omnibus iis que obiici possint super validitate dicti legati, habeant et habere debeant curam et bailiam et potestatem, habito etiam consilio sapientis, si eis videbitur, et etiam cum illis personis ecclesiasticis et religiosis, de quibus ipsis placuerit, iudicandi et cognoscendi utrum dictum legatum secundum deum et puras conscientias habere debeat locum, nec ne; et si per dictos Obertum et magn. Christophorum cognitum et declaratum fuerit, dictum legatum fieri non potuisse per dictam q. Susannam ipsi testatrici etc., eo casu etc. ipsa testatrix renuntiavit et renuntiat dicto legato, salvis tamen infrascriptis, perinde ac si factum non fuisset; et si per dictos Obertum et magn. Christophorum fuerit declaratum dictum legatum fieri potuisse per dictam q. Susannam ipsi testatrici, secundum deum et puras conscientias, illud eo casu ipsa testatrix acceptavit et acceptat, ac voluit et vult eum locum habere.

Volens tamen et mandans et legans ipsa testatrix, quod ex dicto legato sibi ut supra facto per dictam q. Susannam, casu quo dictum legatum habeat locum, vel non habeat locum ut supra, et in utroque dictorum casuum, non obstantibus in aliquo predictis, legavit ipsa testatrix loca quatuor comperarum s. Georgii, emenda ex pecuniis et bonis dicti legati, et scribenda super ecclesiam s. Clare de Albario, fabricatam per dictum q. Paridem, filium dicte q. Susanne, cum conditione quod nullo unquam tempore vendi nec describi aut alienari possint, sed in perpetuo stare debeant scripta super dictam ecclesiam, et de proventibus eorum annuatim respondeatur etc. d. m. Bartholomeo Lomellino, qui ad presens curam et regimen habet dicte ecclesie, et hoc in vita dicti d. m. Bartholomei et quamdiu vixerit, et post vitam d. m. Bartholomei, respondeatur et responderi debeat de proventibus dictorum locorum capellano celebranti missam in dicta ecclesia, et hoc pro anima et in remedium anime dictorum q. Susanne et Paridis, ac ipsius testatricis, et hoc attento quia ipsa testatrix recordatur desiderium dicte q. Susanne, tempore eius vite, fuisse legare aliqua loca dicte ecclesie.

IO. IACOBUS VALETARIUS, notarius etc.

Come vedesi, non è qui ancora accenno veruno ai francescani, ma sono invece nominati in altra carta quali possessori principali della cappella, in persona del p. Paolo Caprisi, cappellano in carica. La gentildonna Battistina ancora in vita nel 1513, quando fece la donazione prima dei quattro luoghi, pare sia deceduta l'anno 1519, e nel mezzo tempo alla custodia dell'oratorio patronale di s. Chiara è molto probabile che siano stati chiamati dalla medesima Fattinanti i minori conventuali di s. Francesco, di Genova. Onde che la signora Battistina con suo codicillo, in data 28 gennaio 1519, rogato da Vincenzo Cappello, nominava l'egregio uomo Oberto Lazzaro (1), quale suo fidecommissario per dichiarare nanti il banco di s. Giorgio l'intenzione avuta nello stabilire il legato fatto nel 1513, e l'Oberto n' eseguiva il mandato, facendo inscrivere la partita sui cartolarii del banco, e dichiarando volontà di lei essere stata che il servizio divino quotidiano in s. Chiara fosse affidato ai religiosi suddetti, non adempiendolo i quali, il frutto della rendita e l'obbligo annesso si devolvessero all'ospedale degli incurabili in Genova.

(N. 2)

(28 gennaio 1519 e 1521)

Reperitur in cartulario C. locorum comperarum s. Georgii, anni de 1609, in illo cartis.... inter cetera, ut infra.

Ecclesia s. Clare de Albario.

Libre quadringente decem, den. X. sive L. CCCCX. d. X.

Cum obligatione dicenda de locis quatuor per Obertum de Lazzario q. Bapt., ut in appodisia censarie continetur.

(1) Quel medesimo Oberto, di cui parlammo sopra a p. 445 e seg., come benefattore della vicina chiesa di s. Luca.

Supradictus Obertus de Lazario volens declarare obligationem per eum dicendam, dicit et declarat dicta loca et libras emisse ex propriis pecuniis dicti Oberti, et ea scribi fecisse in ratione et columna dicte ecclesie, pro legato ipsi ecclesie facto per q. Baptistinam, filiam q. Barnabe de Marco, uxorem q. Paridis Fatinanti, librarum ducentarum quinquaginta, convertendarum in locis comperarum s. Georgii scribendis super dictam columnam, cum obligatione infrascripta, quam, salvis prius aliis obligationibus infrascriptis, declarat scribi debere super dictam columnam, videlicet quod dicta loca et libre sic scripta perpetuo super dictam columnam remaneant, quorum proventus omni anno etc. habere possit et debeat capellanus dicte ecclesie qui tunc erit, pro ipsis expendendis et exbursandis pro reparatione dicte ecclesie, secundum et prout dicto capellano, qui erit ad regimen et gubernium dicte ecclesie, videbitur et placuerit, et cum hoc pacto quod dictus capellanus qui tunc erit, et fratres s. Francisci principales.... capellani teneantur et obligati sint quotidie in perpetuum celebrare seu celebrari facere missam unam in dicta ecclesia pro anima dicte q. Baptistine, et predicta non adimplentibus etc. tunc et eo casu dicta loca et libre libere restent ac remaneant ad hospitaletum incurabilium infirmorum Ianue, prout in codicillo dicte q. Baptistine, rogato per Vincentium Capellum notarium anno de 1519, die xxviii ianuarii, continetur.

Et que loca, salvis semper infrascriptis, una cum proventibus ipsorum, cedant dicte ecclesie pro integra solutione dicti legati, iuxta rationamentum dictorum locorum et librarum, omnibus computatis, factum cum d. fr. Paulo Caprixio, ord. minorum, capellano impresentiarum dicte ecclesie, ut asseritur etc. etc.; et sic dicit et declarat etc., et prout in cartulario de 1521, cartis 100, ubi habuit originem, continetur.

Paride non pago d' avere fabbricato la chiesuola di s. Chiara, compié l'opera, dotandola, in morte, di luoghi sette sul banco stesso di s. Giorgio. Chiamava quindi a confidenti del suo pensiero i due frati minori, probabilmente addetti in quel tempo alla custodia e servizio

della cappella sua patronale, p. Agostino Verme e il laico fr. Mario Varensa, coll'incarico di spiegare, nanti gli ufficiali delle Compere i termini dell'ultima sua volontà al riguardo; cosa eseguita da essi il 23 gennaio 1529, dopo aver fatto inserire nei registri del banco l'iscrizione dei sette luoghi. In sostanza il Fattinanti dispose che i frutti annui dei sette luoghi anzidetti si passassero ad una, forse sua parente, suor Bartolomea Spinola, monaca in s. Leonardo di Carignano, di lei vita durante, e lei morta, andassero a crescere il reddito della chiesa di s. Chiara.

(N. 3)

(23 gennaio 1529).

Reperitur in cartulario M. locorum comperarum s. Georgii, anni de 1528, in illo cart. 89, inter cetera, ut infra.

Ecclesia s. Clare de Albario, instituta per Paridem Fatinanti, tunc viventem.

Libre septingente, sive Loca DCC.

Cum obligatione declaranda, seu dicenda per ven. p. Augustinum Verme et fr. Marcum Varensa, ord. minorum, coniunctim, et altero eorum absente a civitate Ianue, vel ab hoc seculo decedente, alter superstes possit et valeat, loco talis absentis vel decedentis, eligere aliam personam ad dictam obligationem declarandam seu dicendam. Interim vero de proventibus dictorum locorum respondeatur et responderi debeat annuatim et singulis annis ven. sorori Bartholomee Spinule, moniali monasterii s. Leonardi de Calignano, donec et usquequo aliter fuerit dictum et declaratum per prefatos, dominum Augustinum et fr. Marcum de Varensa, coniunctim ut supra, et altero eorum absente vel decedente, ut supra, per alterum ex ipsis superstitem et electum per eum ut supra, ut in appodisia censarie continetur.

MDXXVIII, die xxiii ianuarii.

Supradicti, dominus p. Augustinus Verme et dominus frater Marcus de Varensa, habentes, ut supra, baliam declarandi et dicendi prout

ipsis coniunctim etc. supra continetur, dicunt et declarant quod de proventibus dictorum locorum annuatim et singulis annis respondeatur et responderi debeat prenominate sorori Bartholomee Spinule, moniali dicti monasterii, in vita tantum dicte sororis Bartholomee, et non ultra, et ipsa defuncta, dicta loca cum eorum proventibus sint et esse debeant dicte ecclesie, et ita prefati d. Augustinus et fr. Marcus predicta dicunt, declarant et sic volunt; testes, Io. Baptista Lomellinus q. Gregorii, q. Pauli, et Gregorius Spinula de s. Blasio, notarius.

MDCXI, die XI mai.

Extractum in omnibus ut supra etc.

IULIUS NUCETUS notarius.

Nel periodo di trentatre anni, quanti ne corsero dal 1529 al 1562, un enorme rovescio di cose era accaduto in s. Chiara. Causa il meschinissimo reddito dei quattro e poco più luoghi lasciati dalla Battistina, e il mancato godimento dei sette aggiunti dal marito Paride, perché la monaca Spinola, sempre vivente, continuava a percepirne il frutto, i padri francescani non potendo mantenere se stessi e la cappella, avevano abbandonata questa, la piccola casa di loro abitazione e l'attiguo orto, e ogni cosa caduta era in squallore e rovina. Si può quindi immaginare la meraviglia e il gaudio con cui quei frati intesero e accolsero nell'aprile 1562 la vantaggiosissima proposta loro fatta dal prete Gio. Battista Lomellini di succedere nel possesso. Proponeva nientemeno che di lasciare loro l'intiera percezione dei proventi dei quattro luoghi su s. Giorgio e degli altri sette ancora, coll'assumersi il carico della pensione alla monaca Spinola fino alla sua morte: prometteva riparare a nuovo la chiesa, ripigliarvi il culto e servizio pubblico cogli oneri annessi, al modo in antico usato, e tutto ciò

al solo patto che gli fosse ceduta in libera proprietà cappella, casa e orto attiguo, per una persona o collegio a nominarsi da lui all'atto dell'istrumento, con riserva dello sperato beneplacito della santa Sede. Breve: i conventuali venivano a guadagnare una rendita sicura e non tanto piccola, in cambio di un luogo da essi punto curato, e come tale da tempo abbandonato. Possono leggersi nel documento che riporto altre più minute circostanze, che tralascio per brevità.

(N. 4)

(16 aprile 1562)

In nomine domini amen. Rev. dominus, magister Io. Baptista de Augustis, provincialis ordinis minorum s. Francisci, provincie Genue, et rev. dominus, fr. Pelegrinus de Sexena, guardianus monasterii s. Francisci, Genue, dicti ordinis minorum s. Francisci conventualium, in presentia, consensu et voluntate infrascriptorum dominorum magistrorum et fratrum dicti monasterii, quorum nomina sunt hec: d. mag. Hieronymus de Canepa, d. mag. Gomecius (*sic*) Delfinus, d. mag. Stephanus Rombus, d. mag. Evangelista a Bove, fr. Desiderius Baficus, fr. Dominicus Bassus, fr. Christophorus de Garibaldo, fr. Constantinus de Marassio, fr. Angelus Vignolus, fr. Franciscus de Padua vicarius, fr. Vincentius Magnerri custos, fr. Arcangelus de Passano, fr. Ioannes de Cario, fr. Iulius de Marinis, fr. Franciscus de Benedictis, fr. Hippolitus Baficus, fr. Ciprianus Serra, fr. Paulus de Podio, fr. Lazarus de Savignono, fr. Benedictus Ritus, fr. Daniel Boraxinus, fr. Marianus de Marchexiis, fr. Ioannes de Vintimilio, fr. Adam de Ferrariis, fr. Camillus de Iudicibus et fr. Alexander de Burgo; et dicti magistri et fratres, qui sunt, prout asseruerunt, ultra tres quartas partes fratrum et conventus dicti monasterii, in presentia consensu auctoritate et voluntate dicti rev. domini, magistri Io. Baptiste provincialis et domini fr. Pelegrini guardiani dicti monasterii, presentium etc., congregati in capitulo solito dicti monasterii sono campanule, ut moris est, pro infrascriptis specialiter peragendis:

Scientes et cognoscentes dicti domini, guardianus et fratres dicti monasterii habere in suburbiis Genue, in villa Albarii, loco ubi dicitur lo *Cavo de santa Chiera*, oratorium quoddam sub invocatione s. Clare, cum quadam domuncula et parvo viridario, iuxta dictum oratorium positus, et quibus coheret a duabus partibus via publica, ab una parte quedam petia terre nobilis Ianoti Lomellini, q. d. Meliaducis, acquisita per eum ab heredibus q. Antonii de Moro, et ab alia parte Ieronimus de Gaterna (*sic*), et si qui sunt alii veteriores confines: quod quidem oratorium est in totum diruptum, domuncula vero parvi valoris, indigentque magna reparatione et impensa, viridarium vero est fere zerbidum; nec non et dictum oratorium in comperis s. Georgii habere loca septem dictarum comperarum eidem oratorio debita post mortem sororis Bartholomee Spinule, monialis monasterii s. Leonardi de Calignano, et in quo quidem oratorio dictus dominus guardianus et fratres solebant tenere, ad servitutem eiusdem et pro missis celebrandis, duo dicti monasterii fratres :

Scientesque etiam et cognoscentes a certo tempore citra, tum ob tenuitatem fructuum dicti oratorii, tum ob ipsius oratorii et domus diruptionem, non habitare in ipsa domo et oratorio aliquos dicti monasterii fratres, ita quod cultus divinus in dicto oratorio minime servatur, et coram prefato domino guardiano et fratribus comparuisse et ad presens comparere rev. dominum Io. Baptistam Lomellinum, suo, sive nomine persone vel comunis, collegii vel universitatis per eum declarande, et obtulisse se paratum dictum oratorium cum domuncula et parvo viridario, reparatione et impensa indigentibus, reparare ac meliorare et bonificare et in bono statu manutenere, nec non et in dicto oratorio deserviri facere, iuxta consuetum antea observatum, consensisseque et consentire quod dictus dominus guardianus et fratres dicti monasterii, nunc et pro tempore existentes, possint et valeant percipere et habere proventus tam dictorum locorum quatuor vel circa, quam etiam dictorum locorum septem, et pariter in se suscipere illam obligationem quam dicti fratres habent respectu dictorum locorum undecim dictarum comperarum, nec non etiam, et in vita et donec vixerit dicta soror Bartholomea Spinula, dare et solvere dicto domino guardiano et

fratribus dicti monasterii, singulo anno, proventus dictorum locorum septem, ita quod mortua dicta sorore Bartholomea, presens promissio et obligatio respectu proventuum dictorum locorum septem ut supra, in vita dicte sororis Bartholomee, tradendorum et solvendorum, remaneat et sit cassa et extincta, dummodo tamen dicti dominus guardianus et fratres dicti monasterii libere tradant et assignent dicto rev. domino Io. Baptiste pro se, heredibus et successoribus suis, sive persone per eum nominande, ac pro heredibus et successoribus dicte persone, vel comuni, collegio vel universitati pariter nominande per ipsum dominum Io. Baptistam, et instrumentum in solita et opportuna faciant forma, et quatenus opus sit per sedem apostolicam approbandam et confirmandam, cum suppletione defectuum :

Quare prefati, rev. dominus, magister Io. Baptista, provincialis, dominus fr. Pelegrinus guardianus, magistri et fratres dicti monasterii, habito prius super predictis diligenti consideratione et maturo examine, ne divinus cultus in dicto oratorio negligatur, decreverunt requisitioni dicti rev. domini Io. Baptiste, tamquam iuste et honeste et cedenti in evidentem dicti monasterii utilitatem, annuere:

Ideo prefati, rev. dominus provincialis, guardianus, magistri et fratres dicti monasterii, sic ut supra convocati et congregati, sub tamen spe promissionis et obligationis et aliorum de quibus infra, eorum nominibus ac nomine et vice dicti monasterii, omnique iure via, modo et forma quibus melius poterunt et possunt, dederunt, tradiderunt etc., dantque et tradunt etc. dicto rev. domino Io. Baptiste Lomellino, presenti etc. et recipienti pro se, heredibus et successoribus suis, sive nomine persone per ipsum nominande, ac pro heredibus et successoribus dicte persone vel comunis etc. pariter nominande, predictum oratorium in totum diruptum, cum domuncula parvi valoris, indigente reparatione et impensa, ac dicto viridario fere zerbido, dicto oratorio contiguis, superiusque coherentiatum et specificatum; ita quod dicti dominus guardianus et fratres dicti monasterii de cetero nihil iuris et actionis habeant et habere possint in dicto oratorio cum domuncula et viridario, sed in totum spectet et pertineat dicto rev. domino Io. Baptiste, nominibus quibus supra. Constituentes etc. Promittentes etc.

Ex adverso, dictus rev. dominus Io. Baptista, nominibus predictis, acceptans predicta et occasione predictorum, promisit et promittit dictis rev. dominis provinciali, guardiano, magistris et fratribus et conventui dicti monasterii, presentibus, stipulantibus, dictum oratorium cum domuncula et parvo viridario, reparatione et impensa indigentibus, reparare, meliorari et bonificare et in bono statu manutenere, nec non et in dicto oratorio deserviri facere iuxta consuetudinem antea observatam, et ulterius consensit et consentit quod dicti dominus guardiano et fratres dicti monasterii, pro tempore existentes, possint et valeant percipere et habere proventus tam dictorum locorum quatuor vel circa, quam etiam dictorum locorum septem, promisitque et promittit dictis rev. dominis provinciali, guardiano, magistris, fratribus et conventui dicti monasterii presentibus et ut supra stipulantibus, in se suscipere, prout ex nunc suscipit, illam obligationem quam dicti fratres habent respectu dictorum locorum undecim; nec non etiam et dictis domino guardiano et fratribus dicti monasterii, in vita et donec vixerit dicta soror Bartholomea, dare et solvere singulo anno proventus dictorum locorum septem, ita quod mortua dicta sorore Bartholomea, presens promissio et obligatio respectu proventuum dictorum locorum septem in vita dicte sororis Bartholomee ut supra tradendorum, remaneat et sit cassa et extincta. Que omnia et singula suprascripta etc. Sub pena dupli etc. Ratis etc. Et proinde etc.

Preterea dictus rev. dominus pater provincialis, guardiano, magistri et fratres dicti monasterii, ac dictus rev. dominus Io. Baptista nominibus predictis, ad abundantem cautelam, et quatenus opus sit, supplicaverunt et supplicant ss. domino nostro pape vel cuicumque alteri ad id potestatem et auctoritatem habentem, quatenus dignetur et velit presens instrumentum et contenta in eo approbare et confirmare, supplereque quibuscumque defectibus; qui in (eo) essent, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. De quibus omnibus etc. per me Augustinum de Franchis notarium.

Actum in dicto monasterio s. Francisci, videlicet in capitulo solito, sito in claustro superiori eiusdem monasterii, anno a nativitate domini MDLXII, indictione quarta secundum Ianue cursum, die iovis, xvi aprilis in vespere, pontificatus ss. in X. po patris et domini

nostri, domini Pii divina providentia pape quarti anno tertio, presentibus ibidem nobile Ianoto Lomelino, Francisco Bellino de Cario, Ioannis, et Francisco Grosso Antonii, testibus ad premissa vocatis et rogatis. AUGUSTINUS DE FRANCHIS notarius.

Senza indugio, il giorno seguente lo stesso prete Lomellini dichiarava al notaio, in presenza di due testimonii, d' avere inteso acquistare il luogo di s. Chiara, consistente nella cappella, casa e giardino attiguo, per conto del collegio dei Gesuiti, di fresco stabilitisi in Genova; e aggiungeva di volere assumere sopra di se l'obbligo di pagare i frutti dei sette luoghi da Paride Fattinanti lasciati alla suora Spinola, esonerandone del tutto i benemeriti padri della Compagnia, verso i quali n' andava preso di altissima stima e affetto tenerissimo. Presente all'atto trovossi eziandio il rettore del collegio, che disse conoscere i patti dell'avvenuta cessione da parte dei francescani e avere in animo d'osservarli.

(N. 5)

(17 aprile 1562)

Millesimo suprascripto, die vero veneris, xvii aprilis, in tertius, in domo habitationis predicti rev. domini Io. Baptiste, sita in platea nova de Marinis.

Prefatus rev. dominus, Io. Baptista Lomellinus, volens declarare, iuxta facultatem sibi traditam vigore suprascripti instrumenti, ideo, salvo sedis apostolice auctoritate et beneplacito, dicit et declarat predictum oratorium sub invocatione s. Clare, situm in suburbiis Genue, in villa Albarii, loco ubi dicitur s. Chiera, cum domuncula et viridario contiguis, de quibus supra fit mentio, spectare et pertinere rectori et patribus collegii societatis Iesu, presentis civitatis Genue, quibus transtulit et transfert ac cedit omnia iura, virtute prescripti instrumenti sibi competentia, exceptis tamen quod... rev. dominus Io. Baptista, virtute obligationis facte cum dictis domino

guardiano et fratribus dicti monasterii s. Francisci de solvendis proventibus locorum septem comperarum s. Georgii, de quibus in dicto instrumento mentio fit, vult ipse rev. dominus Io. Baptista teneri et obligatum esse ad dictam solutionem faciendam, durante vita sororis Bartholomee specialiter in dicto instrumento nominate, ita et taliter quod rector et patres collegii societatis predicte ad dictam solutionem faciendam non teneantur, et sic onus huiusmodi remaneat dicto rev. domino Io. Baptiste, presente et acceptante declarationem, translationem et cessionem predictam rev. domino Gaspare Loare (?), rectore dicti rev. collegii societatis predicte, suo et nomine et vice dicti collegii et totius societatis predicte, et promittente, etc. servare omnia in suprascripto instrumento contenta, de quo, et contentis in eo, asserit habere plenam scientiam et notitiam. Respondentes etc. Que omnia etc.

Actum ut supra; testes, predicti, nobilis Ianotus Lomellinus et Franciscus Bellinus de Cario, Ioan. vocati et rogati.

AUGUSTINUS DE FRANCHIS notarius.

Copia

MARCUS ANT. MULFINUS notarius.

Al felice compimento della pratica altro più non rimaneva che la sanzione pontificia, necessaria in simili casi, e questa non tardò ad arrivare. Pio IV infatti, mosso dalle preghiere comuni dei frati minori, gesuiti e prete Lomellini, addì 23 luglio stesso anno 1562 emanò una sua bolla, in cui chiaro e compendiosamente espone le cose qui sopra da noi riferite, acconsentiva di buon grado al passaggio di quella proprietà ecclesiastica dalle mani del francescano al sodalizio di Gesù, e n' approvava anche i capitoli.

(N. 6)

(23 luglio 1562)

Pius episcopus, servus etc. ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis desuper etc.

Sane exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, guardiani

et fratrum conventus s. Francisci, Ianuen., ordinis fratrum minorum, conventualium nuncupatorum, et Gasparis Loare (?), rectoris collegii societatis Iesu, Ianuen., nec non Io. Baptiste Lomellini, ecclesiastici, et civis Ianuen. petitio continebat, quod nuper ipse guardianus et fratres, dilecto etiam filio Io. Baptista de Augustis, provinciali dicti ordinis ad id interveniente, ad infrascripta capitulariter congregati, considerantes conventum ipsum habere unum oratorium sub invocatione s. Clarae, cum domuncula et parvo viridario illi adherentibus, in suburbiis Ianuen. in villa Albarii et loco « lo Cavo di s. Chiera » vulgariter nuncupato, situm, quatuor loca vel circa comperarum in monte s. Georgii etiam Ianuen. habens, et praeterea alia septem comperarum loca similia, post dilecte in Xpo filie Bartholomee Spinule, monialis monasterii monialium s. Leonardi de Calignano dicti ordinis, Ianuen. dioc. obitum, sibi dudum relicta expectans; in quo oratorio guardianus et fratres prefati duos eiusdem conventus fratres, qui ibi, certas missas celebrando, Altissimo famularentur, tenere solebant, a certo tempore partim ob fructuum oratorii tenuitatem, partim ob eius, dicteque domus ruinam, neminem fratrum eorundem in eodem oratorio habitare, unde illud, dictamque domunculam, que parvi valoris erat, magnaue reparatione et impensa indigebat, in dies magis deteriorari, dictumque viridarium fere zerbidum seu sterile evasisse, ita quod divinus in eodem oratorio cultus minime fiebat:

Idcirco suam, dictorumque conventus et oratorii conditionem meliorem efficere cupientes, oratorium cum domuncula et viridario huiusmodi, aliisque pertinentiis suis, preter tamen undecim loca comperarum predicta, que dicto conventui perpetuo remanerent, Io. Baptiste Lomellino prefato, pro se seu quovis communi vel collegio per eum postmodum nominando et declarando, cum pacto quod ipse Io. Baptista Lomellinus oratorium, domunculam et viridarium predicta suis expensis reparare, meliorare et in bono statu manutenere, et in eodem oratorio iuxta consuetudinem antea observatam in divinis deserviri facere, et praeterea septem loca conventui post obitum Bartholomee monialis huiusmodi debita vel eorum redditus singulis annis, donec ipsa Bartholomea monialis viveret, dumtaxat et non ultra, eidem conventui solvere, et nihilominus illam

missarum celebrandarum obligationem, quam guardianus et fratres, ratione undecim locorum comperarum huiusmodi, sibi dudum relictorum habeant, in se suscipere teneretur, perpetuo concesserunt, dederunt, tradiderunt et assignaverunt.

Io. Baptista vero prefatus concessionem et assignationem huiusmodi acceptans, oratorium, domunculam et viridarium reparare et manutenere, septem loca comperarum, Bartholomea superstite et non ultra, conventui solvere, in oratorio iuxta consuetudinem prius observatam huiusmodi deserviri, aliaque promissa facere, et si opus esset, confirmationem premissorum cum defectuum suppletione ab apostolica sede impetrare promisit. Deinde vero prefatus Io. Baptista Lomellinus terrena in celestia, et fluxa in eterna bona, felici commercio, permutare, et ad hunc effectum collegio prefato, ob singularem quem erga illud gerebat devotionis affectum, oratorium, domunculam et viridarium predicta elargiri cupiens, idem collegium quoad concessionem, traditionem et assignationem predictas nominavit et declaravit, omniaque iura et actiones quaslibet, tam reales et personales, tam mixtas, rei persecutorias, penales, et alias quas cumque sibi in oratorio, domuncula et viridario, eorumque iuribus et pertinentiis predictis quomodolibet spectantia, in collegium prefatum, reservando nihilominus, ac in se, suisque heredibus et successoribus in perpetuum recipiendo et suscipiendo obligationem, omneque vinculum, quibus dictum oratorium, respectu servitii et cultus divini subiectum et obnoxium erat, ita quod collegium ipsum nullam obligationem, nullumque aliud vinculum ratione cultus divini in ipso oratorio prestandi haberet, sed ab eis liberum et immune remaneret, neque ad solutionem septem locorum comperarum conventui faciendam huiusmodi teneretur, etiam Gaspare prefato presente, suoque ac collegii et societatis predictorum nominibus acceptante, transtulit, omniaque et singula onera oratorio quomodolibet incumbentia predicta, per se, suosque heredes supportare promisit, prout in diversis instrumentis publicis desuper confectis plenius dicitur contineri.

Quare, tam guardianus et fratres, quam Gaspar et Io. Baptista prefati, nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus concessioni, assignationi, translationi, promissioni, aliisque premissis, pro firmiori

illorum subsistentia, robur apostolice confirmationis adiicere, ac alia in premissis opportune providere, de benignitate apostolica dignemur.

Nos igitur, qui religiosorum locorum restaurationem et illorum personarum commodum, ac divini cultus augmentum sincero desideramus affectu, guardianum et fratres, ac Io. Baptistam Lomellinum et Gasparem prefatos ac eorum singulos, a quibusvis excommunicationis, suspensionis etc., si quibus quomodolibet innodati existunt etc. absolventes etc., nec non unionem, annexionem et incorporationem dicto collegio hactenus factas, et instrumentorum predictorum ac inde sequutorum veriores tenores, presentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationi inclinati, concessionem, assignationem etc. aliaque premissa, ac prout illa concernunt, alia omnia et singula in dictis instrumentis contenta, licita tamen et honesta, ac inde sequuta quecumque, apostolica auctoritate, tenore presentium confirmamus, atque approbamus, ac illis perpetue et inviolabilis firmitatis robur adiicimus, nec non omnes et singulos iuris et facti ac solemnitatum defectus, si qui forsitan intervenerunt in eisdem supplemus, ac guardianum, fratres et eorum superiores, nec non Io. Baptistam Lomellinum, eiusque successores prefatos a concessione, assignatione etc. aliisque premissis respective, nullo unquam tempore, quovis quesito colore resilire posse, sed illos ad eorundem omnium et singulorum premissorum observationem teneri, illosque ac eorum bona mobilia et immobilia, presentia et futura quecumque ad id efficaciter obligata fore, nec non eadem premissa perpetuo valida et efficacia existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et inviolabiliter observari, ac collegio societatis Iesu predicto, eiusque rectori et collegialibus pro tempore existentibus in omnibus et per omnia suffragari, et sic per quoscumque iudices et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam s. r. ecclesie cardinales, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, iudicari et deffiniri debere, ac quidquid secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attemptari contigerit, irritum et inane decernimus. Non obstantibus etc. Nulli ergo omnino etc. Si quis autem etc.

Datum Romae apud s. Marcum, anno incarnationis dominice

millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, decimo calendas augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Due mesi dopo la spedizione di questo papale rescritto, il vice rettore del prenominato collegio, p. Girolamo Galvanello, andava all'effettivo possesso della cappella, casa e orto di s. Chiara, adempiendo alle formalità di rito, dai canoni e dagli usi genovesi per simili casi prescritte.

(N. 7)

(29 settembre 1562).

In nomine domini amen. Ex hoc publico instrumento universis pateat praesentibus et futuris, quod anno a nativitate domini MDLXII indictione quinta secundum Ianuae cursum, die martis, 29 septembris, in tertiis, pontificatus ss. in Xpo patris et domini nostri, domini Pii, divina providentia papae quarti anno tertio, ego notarius infrascriptus (1) existens prope et extra ostium oratorii sub invocatione s. Clarae, situm in suburbiis Genuae, in villa Albarii, loco ubi dicitur lo cavo di s. Chiera, requisitus per rev. dominum Hieronymum Galvanellum, vicerectorem societatis Iesu, cui dictum oratorium cum domuncula et viridario, quod olim erat membrum monasterii s. Francisci, Genuae, ordinis minorum s. Francisci conventualium, apostolica auctoritate concessum, datum, traditum et assignatum, ut constat vigore litterarum eidem societati gratiose concessarum per prefatum ss. dominum Pium papam quartum, datarum Romae etc., *come sopra*, quos idem dominus Hieronymus vicerector in observatione et vigore dictarum litterarum apostolicarum (*luogo turbato*) ponere et inducere in corporalem, realem et actualem possessionem dicti oratorii, domunculae et viridarii in iorma opportuna.

Et volens ego antedictus notarius visis et lestis antedictis apostolicis litteris, et pro ipsarum executione, praedictae requisitioni,

(1) L'atto, ch'è in copia non autentica, non reca in fine il nome del notaio.

tamquam iustae et honestae annuere, ideo omni iure, via etc. praesentibus etiam testibus infrascriptis, statim et incontinenter eundem dominum Hieronymum, vicerectorem, per manum apprehendens, in dictum oratorium introduxi et ad altare eiusdem conduxì, et ibidem omnipotenti Deo et dicto altari reverentia prius exhibita, pannos eiusdem altaris in medio et ab utroque cornu tangi, deosculari et contrectari feci, et successive ad manus eiusdem domini Hieronymi vicereactoris funes campanulae dicti oratorii tradidi et dictam campanulam aliquantulum pulsari feci, et deinde per dictum oratorium deambulando, eundem dominum Hieronymum vicerectorem conduxì ad ostium dicti oratorii, ostiumque ipsum claudi et aperiri feci, et successive super quadam banca aliquantulum sedere feci; et ulterius eundem dominum Hieronymum vicerectorem in domunculam dicti oratorii conduxì et per eandem deambulari feci, valvas cancellorum et ostiorum claudendo et aperiendo, et deinde conduxì dictum dominum Hieronymum vicerectorem in viridarium dicti oratorii et eidem contigui, de ramis arborum et glebios terrae dicti viridarii ad manus suas tradidi, et per ipsum etiam deambulando pro eius voluntatis arbitrio, pacifice et quiete, nemine contraddicente, in signum verae, realis et actualis ac pacificae et quietae possessionis dicti oratorii, iuriumque et pertinentiarum eiusmodi. De quibus omnibus dictus dominus Hieronymus vicerector rogavit me dictum notarium infrascriptum confici debere praesens instrumentum, in fidem et testimonium praemissorum.

Acta sunt haec in dicto oratorio sub invocatione s. Clarae, domuncula et viridario eiusdem, sub anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu quibus supra, praesentibus ibidem nobili Benedicto Iustiniano q. d. Bapt. et Benedicto Traxino q. Dominici, testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

Sebbene confortati dalla generosa devozione del prete Lomellini, non pare che abbiano i gesuiti in questa congiuntura dato saggio di quella proverbiale avvedutezza, che vien loro comunemente attribuita. Il seguito lo mostrerà.

II.

Cessione dei Gesuiti ai Domenicani.

Venuto a mano dei gesuiti il luogo di s. Chiara nel modo e condizioni sopra esposte, non furono tardi quei padri in ripristinarlo e ridurlo a molto migliore assetto. L'oratorio già squallido e poco meno di cadente, mercè le assidue loro cure ufficiato i dì feriali e festivi, brillò di ornati e lindezza nell'interno, e con opportuni restauri si rimise gagliardo dalle ime fondamenta sino al nuovo ricostrutto tetto; la casa, già piccola, dovè aprire i fianchi ad altre stanze aggiunte all'abitato, e l'orto attiguo mutava l'aspetto primitivo di incolto deserto in ameno, vario e olezzante giardino. Vi avevano insomma fissato loro dimora i professori e fors' anche, talvolta, gli alunni del collegio da essi condotto in Genova, pei giorni o periodi di ricreazione e vacanze lungo l'anno e nell'autunno; ed è lecito credere che n'avessero fatto un casino abbastanza delizioso, come pittoresca, direi quasi romantica, n'era e n'è ora più che mai la posizione.

Pensavano sul serio di fermarvicisi, giacchè fecero, a breve andare, tre acquisti di terre limitrofe, allo scopo di procurarsi una villa lì presso e scendervi a diporto, troppo angusto riuscendo l'orto per gli esercizi corporali. Ebbero il primo nel 1578, mediante la compera d'una pezza di terra, adiacente al loro podere, pagata lire 30 ai tre comproprietari fratelli, Nicolò, Francesco e Luca del q. Girolamo Gattorno. Un secondo e assai più esteso, appezzamento l'ebbero dai soli due Nicolò e Francesco suddetti nel 1579 per lire 350. Il terzo fu

loro donato dal patrizio, tutto divoto dei padri, Gianotto Lomellino (1), assai probabilmente fratello al prete Gio. Battista, colui che avea fatto l'acquisto del luogo di s. Chiara nel 1562 per conto dei gesuiti, com'è narrato sopra. Francesca, vedova di Gianotto, a voce dapprima e nel testamento poi, ratificò la donazione maritale, e vedremo qui sotto di che guisa ne furono ricambiati.

Ciò nulla meno giunse il tempo, e presto anzichenò, che anche i religiosi della Compagnia sentirono aggravio di s. Chiara. Il villino cominciò parer soverchio lontano dalla città, e pesante l'obbligo di una messa quotidiana tutto l'anno, e fecersi supplire dai sacerdoti vicini alla cappella; poscia il dispendio occorrente a quel servizio, e altri incomodi sopraggiunti, provati nocivi ai loro interessi, fecero nascere il progetto di cederlo, alla loro volta, ad una famiglia regolare qual che si fosse. Presentaronsi i frati del convento di s. Domenico in Genova, in persona del priore, p. Paolo Pietrasanta (2), bisognosi di un luogo d'aere salubre pegli infermi e di temporaneo riposo pegli affaticati dal lavoro e dai forti studii. S'intesero, a quanto sembra, molto facilmente nelle condizioni, e in data 10 ottobre 1586 se ne firmò il contratto.

Questi i termini: previo l'assenso del loro preposito

(1) Che fu doge di Genova dal 1571 al 1573.

(2) Il p. Paolo da Pietrasanta tenne due volte il priorato di s. Domenico: la prima dal 1582 al 1585, la seconda dal 1586 al 1588. Leggo poi nel catalogo dei figli di quel convento la nota che segue: *Paulus de Petrasancta, in saeculo Andreas vocatus, indutus fuit a p. Hieronymo Polilio de Cremona, priore, die 14 septembris 1556, et suam professionem emisit in manibus eiusdem, anno suae probationis expleto. Decessit die 24 iunii 1614.*

generale, Claudio Acquaviva, concesso da Roma il di 8 agosto 1586, i gesuiti cedono ai domenicani gratuitamente la cappella, casa e giardino, in condizioni notevolmente migliori da quelle in cui l'avevano essi ricevuto dai francescani, ma eziandio coll'obbligo del servizio festivo tutto l'anno, e da Pasqua a s. Martino anche feriale. Vendono poi ai secondi le tre pezze di terra anzidette, con danaro proprio e loro industria acquistate, al prezzo di lire 760 nette, dai nostri lì all'atto sborsate, e ne fanno quietanza di ricevuta. Impongono tuttavia una servitù verso la benemerita famiglia Lomellina, esigendo che, posto il caso che i nuovi padroni amassero lasciare quandochessia il possesso di s. Chiara, fossero tenuti d'averne il beneplacito della gentildonna Francesca ancor vivente o dei suoi eredi se morta, circa il futuro acquirente; a tal che s'avesse in conto di intruso colui il quale a dispetto dei Lomellini (1) entrasse nel dominio del luogo, e come tale passibile di sfratto. Se contestazione avvenisse, decideva la sentenza dell'arcivescovo. Queste ed altre minute cose contiene l'istrumento di cessione che riporto.

(N. 1)

(10 ottobre 1586)

In nomine domini amen. Cum sit quod olim rev. dominus guardianus et fratres conventus s. Francisci, Genuae, ordinis fratrum minorum, conventualium nuncupatorum, etiam interveniente rev. domino, magistro Io. Baptista de Augustis, provinciali dicti ordinis,

(1) Una carta del 1660 riguardante s. Chiara m'avvisa che il palazzo dei Lomellini vicino alla chiesa stessa era quello « oggi posseduto dagli eredi dei signori Corezza, sopra la porta del quale si vede ancora l'arma Lomellini, con l'arma della moglie Negrone ». Ora non c'è più.

considerantes conventum ipsum habere unum oratorium sub invocatione s. Clarae, cum domuncula et parvo viridario, illi adhaerentibus, situm in suburbiis praesentis civitatis Genuae, in villa Albarii, et loco vulgariter nuncupato « il cavo di s. Chiara », quibus bonis tunc cohaerebat a duabus partibus via publica, ab alia parte quaedam petia terrae nunc q. illustris domini Ianoti Lomellini, q. d. Meliaducis, quam acquisiverat ab haeredibus q. Antonii de Moro, et ab alia parte Hieronymus de Gaterna; cui quidem oratorio tantum spectabant annuatim proventus locorum undecim comperarum s. Georgii, pro servitute certas missas ibi celebrandi, sed per certum tempus, partim ob fructuum oratorii praedicti tenuitatem, partim ob eius, dictaeque domus ruinam, omissum fuisse eius cultum divinum, et neminem dictorum fratrum ibi habitare potuisse, dictumque oratorium cum domuncula, cum essent parvi valoris et magna indigerent reparatione et impensa, in dies magis deteriorare, dictumque viridarium fere zerbidum seu sterile evasisse; et idcirco suam dictorumque conventus et oratorii conditionem meliorem efficere cupientes, oratorium cum domuncula et viridario huiusmodi, aliisque pertinentiis suis, capitulariter congregati, multum rev. Io. Baptistae Lomellino, suo, sive nomine personae vel comunis, collegii vel universitatis Genuae declarandae concesserint, tradiderint et assignaverint, cum obligatione illud oratorium, cum domuncula et viridario, propriis suis expensis reparandi, meliorandi et in bono statu manutenendi, et in eodem oratorio iuxta consuetudinem antea observatam in divinis deserviri faciendi:

Deinde vero praefatus rev. dominus Io. Baptista Lomellinus, terrena in coelestia et fluxa in aeterna bona felici commercio, permutare, et ad hunc effectum collegio Genuen. societatis Iesu, ob singularem quem erga illud gerebat devotionis affectum, oratorium, domunculam et viridarium praedicta elargiri cupiens, idem collegium, quoad concessionem, traditionem et assignationem praedictas, nominavit et declaravit, omniaque iura et actiones quaslibet tam reales et personales, quam mixtas, rei persecutorias, poenales, et alias quascumque sibi in oratorio, domuncula et viridario, earumque iuribus et pertinentiis praedictis quomodolibet spectantia, in collegium praefatum transtulerit, reservando nihilominus in se, suosque haeredes

et successores in perpetuo, recipiendo et suscipiendo obligationem, omneque vinculum, quibus dictum oratorium respectu servitii et cultus divini subiectum et obnoxium erat, prout de praemissis et aliis factis promissionibus et obligationibus in duobus publicis instrumentis desuper confectis, manu nunc q. d. Augustini de Franchis notarii, altero sub die xvi et altero sub die xvii aprilis, anni MDLXII plenius continetur, visis et lectis per me notarium infrascriptum :

Quas quidem concessionem, assignationem, translationem, declarationem, promissionem, aliaque praemissa, ac prout illa concernunt, alia omnia et singula in dictis instrumentis contenta, ss. dominus noster papa Pius VIII, religiosorum locorum restorationem et illorum personarum commodum, ac divini cultus augmentum, sincero desiderans affectu, petitioni ac supplicationi ipsi pro parte praefatorum rev. domini guardiani et fratrum conventus Genuen. s. Francisci, et rev. patris Gasparis Loarte, tunc rectoris praefati collegii Genuen. societatis Iesu, nec non et praefati rev. domini Io. Baptistae Lomellini exhibitae, inclinatus, apostolica auctoritate confirmavit atque approbavit, ac illis perpetuae ac inviolabilis firmitatis robur adiecit, nec non omnes et singulos iuris et facti ac solemnitatum defectus, si qui forsitan in eisdem intervenissent, supplevit, aliaque earum corroborationem et validitatem concernentia decrevit, prout latius patet vigore litterarum concessarum per eundem ss. dominum nostrum papam Pium VIII, datarum Romae etc. *come sopra nel documento N. 6*, a pag. 556 :

Pro quarum litterarum executione, eiusdem oratorii, domunculae et viridarii, iuriumque et pertinentiarum eorum, vera realis et actualis ac pacifica et quieta possessio tradita fuit praefato collegio Genuen. societatis Iesu per dictum q. d. Augustinum de Franchis notarium, ut constat ex publico instrumento per eum confecto sub die xxviii septembris anni MDLXII, viso et lecto per me notarium infrascriptum :

Cumque praefatum collegium societatis Iesu per amicabilem compositionem, transactionem et accordium, ac omnium iurium et pre-tensionum, liberam et spontaneam cessionem acquisiverit a Nicolosio, Francisco et Luca, fratribus de Gaterna, filiis q. Hieronymi, quoddam petium terrae longitudinis palmorum centum viginti, cui cohaerebat ab una parte murus dicti oratorii ac viridarii, a finestra dicti muri

viridarii usque ad viam versus borream, et ab alia parte via, praetio librarum triginta monetae Genuae, in tantum iudicato de voluntate partium per tunc nobilem dominum Stephanum Bavam, et per ipsum eisdem fratribus de Gaterna soluto, nomine et vice ac de propriis pecuniis praefati collegii societatis Iesu, prout de praedictis latius constat tribus publicis instrumentis desuper confectis per dominum Antonium Corrigiam notarium, sub die respective xvi martii et xviii aprilis anni MDLXXVIII, visis et lectis per me notarium infrascriptum :

Item per liberam et voluntariam venditionem acquisiverit a dictis Nicolosio et Francisco fratribus de Gaterna duo petia terrarum simul annexa, seminativa et ficuata, sita in eodem loco, quibus cohaeret superius terra et murus dicti viridarii s. Clarae, inferius dictus Nicolosius, mediante via per eum tunc facienda, ab uno latere terra dictae ecclesiae s. Clarae, ab alio via vicinalis qua itur versus fossatum et glaream, pro praetio librarum tricentum quinquaginta Genuae, tunc exbursatarum in pecunia numerata, cum aliis solemnitatibus, promissionibus et fideiussione de evictione plenius expressis in instrumento confecto per dominum Iosephum Mongiardinum notarium, anno 1579 die vi aprilis, viso et lecto per me notarium infrascriptum :

Itemque acquisiverit aliud petium terrae a nunc q. ill.mo Ianoto Lomellino, situm prope murum dicti viridarii in capite versus mare et tendit usque ad viam supra torrentem, vigore donationis inter vivos oretenus per eum factae et per magnificam dominam Francischetam eius uxorem et haeredem testamentariam, eisdem patribus societatis Iesu antehac et nunc iterum, tam oretenus quam per eius testamentum confirmatae et approbatae, prout rev. dominus p. Simon Arpius, rector praefati collegii societatis Iesu, dicit et attestatur :

Cumque etiam sit quod rev. patres praefati collegii societatis Iesu ab illo tempore citra possideant oratorium, domunculam et viridarium praedicta, reparata prout ad praesens sunt, et in eis meliorandis et manutenendis multas quotannis impensas faciant, et quamvis obligationem missas in oratorio celebrandi, iuxta consuetudinem antea observatam, praefatus rev. dominus Io. Baptista Lomellinus in se, suosque haeredes et successores suscepit et retinuerit, ipsi tamen

patres eius mentem scientes, cultui divino eiusdem oratorii semper suffecerunt; et cum ipsi propter loci distantiam et alia incommoda non possent, ut plurimum, de propriis sacerdotibus providere, solvebant quotannis certam eleemosinam personis religiosis eidem loco vicinioribus, ut ei in divinis deservirent iuxta praedictam veterem consuetudinem, quae est in eodem oratorio sacrum fieri per totum cuiuslibet anni cursum singulis diebus dominicis et festis de praeccepto, et a festo Paschatis resurrectionis domini usque ad diem divo Martino dicatum inclusive, etiam singulis diebus profectis, diem autem natalis s. Clarae, cui istud oratorium dicatum est, solemnius et missis frequentioribus celebrari:

Et cum praefati patres societatis Iesu ex diuturna experientia animadverterint locum praedictum s. Clarae, propter eius distantiam, vix servire posse ipsis ad finem pro quo illum susceperunt, qui est ipsorum religiosorum animorum causa relaxationis, ad maiorem gloriam et obsequium divinum, et sic multum dispendii afferebat et parum illius commoditatis quae intendebatur, praestabat; unde considerantes ipsi patres societatis Iesu evidentem eiusdem collegii fore utilitatem, si oratorium, domunculam et viridarium praedicta in aliquos alios religiosos, cum praedicto onere in dicto oratorio Deo famulandi diebus superius declaratis, transferrent, aliaque vero petia terrarum extra et prope muros dicti oratorii ac viridarii per ipsos patres, sic ut supra narratum fuit, acquisita, una cum aliqua parte expensarum in dictis domuncula et viridario manutenendis factarum aliquo honesto praetio eisdem venderent et alienarent; et cum ad huiusmodi translationem et venditionem suscipiendam sese promptos obtulissent rev. patres s. Dominici Genuae ordinis praedicatorum:

Hinc est, quod rev. dominus p. Simon Arpius, rector collegii societatis Iesu in praesenti civitate Genuae erecti, habens ad infra-scripta plenam et liberam facultatem a rev.mo domino, p. Claudio Aquaviva, praeposito generali eiusdem societatis Iesu, vigore litterarum patentium, datarum Romae sub die VIII augusti MDLXXXVI, eius manu propria subscriptarum, cum impressione sigilli dictae societatis Iesu, et subscriptione rev. domini p. Iacobi Ximenez, eiusdem societatis Iesu secretarii, tenoris sequentis:

Claudius Aquaviva societatis Iesu praepositus generalis, carissimo

fratri in Xpo Simoni Arpe, collegii Ianuen. eiusdem societatis rectori, salutem in eo qui est vera salus. Cum sicut ex tua et aliorum etiam fidedignorum testificatione nobis constitit in evidentem istius collegii utilitatem futurum sit, si quoddam illius praedium, villa s. Clarae vulgo nuncupatum, cum nonnullis terrae tractibus eidem coniunctis, venderetur, et praetium illius in aliquo praedio viciniore et commodiori collocaretur, et ad id licentiam a nobis petieris, nos auctoritate a s. Sede apostolica nobis concessa, tibi, de cuius prudentia et in rebus gerendis dexteritate, plurimum in domino confidimus, plenam et liberam illius vendendi facultatem facimus, cum expressa tamen conditione et pacto in venditione huiusmodi apponendo, quod obligatio manutenendi sartam tectam quamdam capellam s. Clarae in eodem praedio sitam, missasque in ea iuxta consuetudinem celebrari solitas, assignando ad hoc competenti aliquo perpetuo reddito, celebrandi seu celebrari faciendi, in emptorem ipsum simul cum dicto praedio et capella, transeat. Quam venditionem nos ex nunc pro eo tempore quo facta fuerit confirmamus, approbamus et ratificamus, conscientiam tuam onerantes, ne pecunia praetii huiusmodi in alios usus distrahas, sed tamdiu penes te in depositum custodias, donec eam, ut praefertur, colles. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, et sigillo societatis nostrae munitas, dedimus.

Romae, viii augusti MDLXXXVI.

Copia

CLAUDIUS AQUAVIVA

IACOBUS XIMENEZ, secret.

Et qui rev. mus praepositus generalis societatis Iesu habet a sede apostolica omnimodam collegiorum et domorum, tum professorum tum probationum, et aliorum locorum eiusdem societatis ubilibet consistentium, bonorumque ad illa spectantium gubernationem, absque alia personarum in eis degentium capitulari congregatione facienda, etiam cum facultate quosvis contractus emptionum, venditionum, alienationum, necnon obligationum et cessionum quarumlibet rerum temporalium, mobilium et immobilium, etiam in beneficialibus et spiritualibus, aliisque quibuscumque, etiam preiudicialibus cuiuscumque qualitatis et quantitatis ac valoris, et in quovis loco positorum, praesentium et futurorum, pro illorum utilitate seu necessitate, cum

quibuscumque personis tam ecclesiasticis quam saecularibus cuiuscumque gradus, ordinis et dignitatis existentibus, etiam collegiis, comunitatibus et universitatibus, ad eam rationem quae facilius inveniri poterit et pro praetio reperibili ac sub pactis, conditionibus, modis et formis hinc inde conveniendis, in evidentem tamen domorum et collegiorum huiusmodi utilitatem, tam per se quam per alium seu alios celebrandi, etiam absque alia sedis apostolicae vel locorum ordinariorum licentia seu confirmatione desuper obtinenda, ita quod venditiones, alienationes, permutationes, locationes, concessionem, contractus, instrumenta et inde secuta quaecumque, postquam ab ipso praeposito generali ratificata fuissent, seu illius consensus intervenisset, eo ipso apostolica auctoritate, nullo alio desuper habendo examine vel commissione, approbata et confirmata sint, ipsosque contrahentes habita sola praepositi generalis vel congregatae societatis vel alias confirmatione aut consensu, solo contractu securos existere, nec ad venditionem, commutationem et aliarum huiusmodi alienationum utilitatis seu necessitatis aut in equivalentia vel meliora bona praetii conversionis vel aliam demonstrationem teneri, necnon contractus quoscumque huiusmodi, quibus ipsius generalis praepositi vel etiam congregatae societatis consensus seu confirmatio accesserit, alia sedis apostolicae confirmatione et approbatione non indigere, prout de huiusmodi facultate sedis apostolicae latius patet ex litteris apostolicis ss. d. n. papae Gregorii XIII, datis Romae apud s. Marcum anno incarnationis dominicae MDLXXXII, nonis augusti, pontif. sui anno undecimo, per me notarium infrascriptum visis et lectis:

Et volens praefatus rev. dominus p. Simon Arpius, rector collegii praefati societatis Iesu, morem gerere praefatis rev. patribus et conventui s. Dominici Genuae, et simul providere utilitati eiusdem collegii, ideo sponte, omnique iure, via, modo et forma quibus melius potuit et potest, praedictum oratorium, s. Clarae nuncupatum, sic ut supra positum, coherentiatum et restauratum, nudum tamen et absque paramentis, una cum dicta domuncula et parvo viridario eidem oratorio contiguis, gratis et libere, salvis tamen infrascriptis pactis, promissionibus et obligationibus, dedit, tradidit etc., datque, tradit etc. multum rev. domino, p. Paulo Petrasancta, priori rev. d. d. fratrum conventus et monasterii s. Dominici praesentis civitatis Genuae, in

praesentia, cum consensu et voluntate infrascriptorum rev. d. d. fratrum dicti monasterii, quorum nomina sunt haec: rev. d. fr. Seraphinus de Vincenza (*sic*) subprior, d. fr. Vincentius de Finario, d. fr. Nicolaus de Genua, d. fr. Philippus de Turano, syndicus, d. fr. Basilius de Siena, d. fr. Marianus de Chio, d. fr. Marcus de Chio, d. fr. Ioannes de Genua, d. fr. Cornelius de Naulo, d. fr. Dominicus de Monelia, d. fr. Vincentius de Genua, d. fr. Dominicus de Portufino, d. fr. Paulus de Romano, d. fr. Benedictus de Genua, d. fr. Barnabas de Matrignano, d. fr. Hieronymus de Cattaro, d. fr. Michael de Ferraria, d. fr. Gabriel de Genua, d. fr. Franciscus de Finario, d. fr. Constantinus de Brixia, d. fr. Gregorius de Matalone, d. fr. Bonifacius de Genua, d. fr. Raphael de Genua, d. fr. Thomas de Voghera, d. fr. Vincentius de Genua, d. fr. Sebastianus de Rimini, d. fr. Thomas de Salutio, d. fr. Antonius de Monelia, d. fr. Valentinus de Vintimilio et d. fr. Hieronymus de Genua, et dictis dominis fratribus in praesentia, cum consensu, auctoritate et voluntate praefati rev. domini prioris, praesentis et auctorizantis, convocatisque et capitulariter congregatis in loco infrascripto, solito capitulari sono campanulae, ut moris est, pro infrascriptis specialiter peragendis, praesentibus et stipulantibus ac recipientibus nomine et vice praedicti conventus et monasterii s. Dominici, in eosque rev. priorem et fratres, eorumque successores quoscumque conventus et monasterii praedicti, omne ius dicto collegio societatis Iesu in dicto oratorio, domuncula et viridario quomodolibet competens et competere valens, una cum onere in dicto oratorio sacrum faciendi per totum cuiuslibet anni cursum in perpetuum singulis diebus dominicis et festis de praecepto, et a die festo Paschatis resurrectionis dominicae, usque ad diem festum s. Martini inclusive, etiam singulis diebus profestis, diem vero s. Clare, sic ut supra declaratum fuit, solemnius celebrandi, facultate qua pollit, transtulit et transfert, ita quod ipse rev. p. rector, collegiumque praefatum societatis Iesu eiusque successores, aliique quicumque eiusdem societatis Iesu, de coetero nihil iuris et actionis habeant nec habere possint in dicto oratorio cum domuncula et viridario praedictis, sed totum spectet et pertineat, una cum dicto onere in divinis serviendi in dicto oratorio ut supra, praefatis rev. d. priori et fratribus, conventui et mo-

nasterio s. Dominici, eorumque successoribus in perpetuum: Constituens se precario nomine etc. Promittens etc.

Et ex adverso, praefati rev. d. Paulus prior, et d. fratres conventus et monasterii praedicti s. Dominici Genuae, se se rev. d. priorem et fratres, conventum et monasterium, eorumque successores quoslibet in futurum obligaverunt et obligant, ac promiserunt et promittunt dicto rev. p. Simoni rectori, praesenti, et ut supra stipulanti, meque notario ad cautelam etiam stipulante, dicta bona in bono statu manutenere et in dicto oratorio in divinis famulari facere iuxta consuetudinem antea observatam, prout superius declaratum fuit, absque eo quod modo vel in futurum ullo unquam tempore possint dicti rev. domini fratres s. Dominici, vel aliquis eorum, quicquam petere, seu pretendere pro celebratione dictarum missarum, nec alia quavis ratione, occasione vel causa, sed satis sit ac etiam eis sufficiat assignatio dicti oratorii cum domuncula et viridario pro omni et quavis recompensa, salario, elemosina vel aliter.

Et in signum gratitudinis erga praedictam magnificam Francischetam et dictum q. ill. mum d. Ianotum, et multum rev. d. Io. Baptistam Lomellinum, a quibus bona praedicta pervenerunt, et multae expensae factae fuerunt pro eorundem bonorum instauratione et reparatione, non liceat nec licitum sit dictis rev. d. priori et fratribus s. Dominici, qui nunc sunt et pro tempore fuerint in perpetuum, dictum oratorium cum domuncula et viridario alienare, seu in alium vel alios quoque titulo transferre, aut aliquo modo de eis disponere, nisi prius facta notitia de huiusmodi alienatione praedictae magnificae Francischetae, et, ea vita functa, illis qui pro tempore tenebunt dictam villam cum domo ipsius magn. Francischetae prope dictum oratorium, et habito eius eorum consensu et beneplacito, ad hoc ut in dicto oratorio cum suis pertinentiis succedant religiosi in omni satisfactione dictae magn. Francischetae, et eius in dicta villa et domo successorum quorumlibet ut supra; aliter omnis venditio, alienatio, translatio vel dispositio sit ipso iure nulla, et non valeat nec teneat, nec ex ea transferatur nec transferri possit aliquod dominium, proprietas seu possessio, et qui essent intrusi, sine dicto consensu seu beneplacito, possint expelli per dictam magn. Francischetam et alios ut supra, etiam de facto et propria aucto-

ritate. Et in casu quo dicta magn. Francischeta, seu quilibet eius successores ut supra renuerent quoscumque alios, in quos dicti rev. d. d. fratres s. Dominici, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, dictum oratorium, domunculam et viridarium transferre vellent, eo casu recursum habere possint ad rev. mum dominum archiepiscopum Genuae, qui tunc erit, cuius iudicio et determinationi ambae partes stare debeant, quia ita etc.

Insuper praefatus rev. p. Simon Arpius, rector praefati collegii societatis Iesu Genuae, cognoscens, attenta huiusmodi translatione oratorii, domunculae et viridarii praedictorum, praedia sive petia terrarum superius memorata, posita extra et prope muros dicti oratorii et viridarii, sic ut supra per ipsius praedecessores acquisita, effici ipsi collegio quasi penitus incurabilia et inutilia, ideo nomine et facultate de quibus supra, sponte etc. et omni meliori modo etc. in perpetuum vendidit etc. praefatis rev. domino p. Paulo priori et d. d. fratribus conventus et monasterii praedicti s. Dominici Genuae, praesentibus, eumentibus etc. dicta quatuor petia terrarum, sic ut supra situatarum et cohaerentiarum, ac per ipsum collegium societatis Iesu per viam compositionis, venditionis et donationis sive legatariae dispositionis respective, prout supra memoratum fuit, acquisitarum, cum omnibus et singulis earum et cuiuslibet earum iuribus et pertinentiis etc., ad habendum, tenendum etc. libera et expedita etc. pro praetio etc. librarum septingentarum sexaginta Genuae nitidarum dicto rev. p. rectori venditori, et exemptarum ab omnibus cabellis et expensis; quas libras septingentas sexaginta praetii praedicti ipse rev. d. venditor fatetur habuisse et recepisse, prout vere, realiter et cum effectu illas habuit et recepit a praedictis rev. d. p. priore et fratribus emptoribus praedictis, praesentibus et solventibus in pecunia numerata, in praesentia mei notarii et testium infrascriptorum, et de eisdem libris septingentis sexaginta, ut supra habitis et receptis, praefatus rev. p. rector venditor se bene quietum vocavit, quare de eis quitavit etc., et si plus valent dicta quatuor petia terrarum praetio suprascripto, sciens dictus dominus pater venditor earum praetium verum, illud supraplus quantumcumque sit, etiam si dimidiam iusti praetii excederet, donavit dictis dominis, p. priori et fratribus emptoribus praesentibus etc. titulo donationis irrevocabilis inter viros etc. etc.

Actum Genuae, in sacristia dicti monasterii s. Dominici, anno a nativitate domini MDLXXXVI, indictione quartadecima secundum etc. die veneris, decima octobris, in vesperis, praesentibus Lazaro de Canali q. Bapt. et Marco Pigno q. Io. testibus ad praemissa vocatis et rogatis.
MARCUS ANT. MULFINUS notarius.

Scorsi tre giorni, lo stesso priore associato al sindaco p. Nicolò Podestà (1) e parecchi altri frati del convento di s. Domenico, entravano all' effettivo possesso della cappella, casa e orto, col mezzo di notaio pubblico, che anche ne redigeva l' atto legale seguente.

(N. 2)

(13 ottobre 1586)

In nomine domini amen. Ex hoc publico instrumento universis pateat praesentibus et futuris, quod anno a nativitate domini MDLXXXVI, indictione quartadecima secundum etc., die lunae, XIII octobris, in vesperis, ego notarius infrascriptus existens prope et extra ostium dicti oratorii s. Clarae, requisitus per dictum dominum, p. Paulum priorem et dominum fr. Nicolaum de Potestate, syndicum et procuratorem d. d. fratrum conventus et monasterii praedicti s. Dominici Genuae, associatos a nonnullis aliis dominis fratribus dicti conventus et monasterii, quibus dictum oratorium cum domuncula et viridario, ut praemittitur in suprascripto instrumento, traditum et concessum fuit per dictum rev. dominum, p. Simonem, rectorem dicti ven. collegii societatis Iesu, Genuae, ut velim et debeam ipsos dominos p. priorem et syndicum ut supra associatos a nonnullis dominis fratribus dicti monasterii s. Dominici, ponere et inducere in corporalem, realem et actualem possessionem dicti oratorii, domunculae et viridarii in forma opportuna :

Et volens ego antedictus notarius infrascriptus pro executione con-

(1) Anche il p. Podestà era stato priore del convento medesimo due volte, nel 1564-66, e nel 1574. Vi si era trasfigliato da Castello, come scrissi sopra a pag. 121, num. 276.

tentorum in ipso instrumento, requisitioni huiusmodi, tamquam iustae et honestae annuere, ideo omni iure, via etc., praesentibus etiam testibus infrascriptis, statim etc. eosdem dominum p. priorem et fr. sindacum, ut supra associatos, per manus apprehendens, in idem oratorium introduxi, et ad altare eiusdem conduxì, et ibidem omnipotenti Deo et dicto altari reverentia prius exhibita, pannos eiusdem altaris in medio et ab utroque cornu tangi, deosculari et contrectari feci, et successive ad manus ipsorum d. p. Pauli prioris et fr. Nicolai, sindici et procuratoris, funes campanulae dicti oratorii tradidi et dictam campanulam aliquantulum pulsare feci, et deinde per dictum oratorium deambulando, eosdem p. d. priorem et fratres, ut supra associatos, ad ostium ipsius oratorii conduxì, ostiumque ipsum claudi et aperiri feci, et ulterius eosdem d. priorem et fr. sindicum, ut supra associatos, in dictam domunculam dicti oratorii conduxì et per eam deambulari feci, valvas cancellorum et ostiorum claudendo et aperiendo, et deinde conduxì illos etc. in dictum viridarium, et eisdem de ramis arborum et glebo terrae eiusdem ad manus suas tradidi, et per ipsum etiam deambulando etc. in signum verae, realis etc. possessionis dicti oratorii, iuriumque et pertinentiarum eiusdem. De quibus omnibus etc. per me dictum Marcum Antonium Mulfinum notarium.

Acta sunt haec in dicto oratorio s. Clarae, domuncula et viridario, sito in loco vocato il cavo di s. Chiara, in suburbiis Genuae, sub anno, indictione, mense, die et hora quibus supra, praesentibus etiam rev. d. p. Paulo Baptista Chiavari, sindico et procuratore dicti ven. collegii, praesentibus etiam magn. Io. Baptista Castanea q. Bernardi, et Dominico Iordano q. Petri, testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

MARCUS ANT. MULFINUS notar.
et curiae archiep. Genuae cancellarius.

Non tutto il mobilio si potè o si volle dagli sgomberatori trasportare dall' abbandonato ostello, o perché affisso ai muri o per alcun diverso motivo; ma si misero anche qui in facile accordo i membri delle due

comunità religiose, e al convenuto prezzo di 10 scudi d'oro in oro se ne fece la compensazione.

(N. 3)

(3 dicembre 1586)

Io Paolo Battista Chiavari, procuratore del collegio della compagnia di Giesù, di Genova, confesso haver ricevuto dal molto rev. p. fr. Basilio di s. Domenico di Genova scudi dieci d'oro in oro, i quali sono per il valore d'alcuni mobili che se li sono lasciati nelle stantie di s. Chiara, trasferta alli rev. padri di s. Domenico predetto, di Genova, come per instrumento rogato da m. Marc'Antonio Morfino notaro, a di 10 d'ottobre 1586, in tanto da noi stimate d'accordio, et de quali sc. 10 d'oro le ne ho fatto un'altra confessione, le quali servino per una sola. Et per fede ho fatto la presente, et sottoscritta di mia mano col solito sigillo di detta compagnia di Giesù. In Genova a' 3 di dicembre 1586.

Loc. sig.

Io sudd.^o PAOLO BATTISTA CHIAVARI
di mano propria.

Così in complesso i gesuiti tennero il podere di s. Chiara in loro dominio ventiquattro anni, e neppur intieri.

III.

Varia fortuna del luogo fino alla soppressione dei frati.

Da memorie sincrone ricavo avere i domenicani, come vidersi nel pacifico possesso di s. Chiara, cresciuto e abbellito quel luogo con spese non modiche e maggiori assai dei gesuiti: *magnis sumptibus restaurantes dictum locum et novis aedificiis exornantes*, dice una carta autentica. Vi eressero infatti il corpo di fabbrica oggi ancora esistente, composto del piano terreno e del superiore nei due lati, a meriggio e levante, con chiostro interno e

picciolo cortile, una capace scala e stanze in numero bastevole ad alloggiare una breve comunità, quale poteva là accorrere a scopo di passeggero svago e ricreazione d'animo, per pochi giorni dell'anno, e massime nelle vacanze autunnali. Ma ciò non avvenne che più tardi.

Nei primi anni invece dell'acquisto ebbero anch'essi, al paro dei gesuiti, a sentirne disgusto e peso, anzi che vantaggio e piacere; quasi un occulto e fatale destino ne perseguitasse i padroni, qualunque fossero. Di vero, trovo nel libro dei consigli di quel convento che nell'adunanza tenuta il 19 giugno 1590, cioè tre anni e mezzo soltanto dalla occupazione, i padri nostri ne decisero la retrocessione ad uguale, se un maggiore prezzo non era dato ricavare, a motivo del nissun utile, anzi perdita forte che li gravava (1). Ma ne fu nulla, e l'avevano ancora nel 1592; in cui, persistendo le cause stesse, ebbero ricorso al maestro generale dell'Ordine, p. Ippolito Maria Beccaria, per l'opportuna licenza di disfarsene, che venne loro accordata colla lettera, che segue.

(N. 1)

(25 settembre 1592)

In dei filio sibi dilectis, rev. patribus, priori et fratribus vocalibus conventus nostri s. Dominici de Genua, provinciae nostrae utriusque Lombardiae, Ord. Praed., fr. Hippolytus Maria Beccaria de Monteregali, sac. theol. professor, et totius eiusd. Ord. humilis generalis magister et servus, salutem et spiritus sancti solatium.

Expositum nobis fuit ex parte vestra conventum vestrum possidere quemdam locum sub nomine s. Clarae, qui ipsi minimam

(1) Die 19 iunii 1590 conclusum fuit ut locus s. Clarae, qui conventui nostro magnam affert iacturam et nullam utilitatem, quamprimum venderetur, accepto, quod fuit expositum, praetio, si potest, vel parum quid sumendo.

confert utilitatem, et si venderetur vel permutaretur, et eius praetium in alia bona immobilia, vel in aliquo censu converteretur, procul dubio, peritorum iudicio, in maiorem ipsius conventus cederet utilitatem, ac ideo super hoc licentiam vobis impartiri humiliter supplicastis.

Nos vero, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, tenore praesentium, auctoritate apostolica nobis specialiter collata, vobis concedimus ut cum solemnitatibus debitis et opportunis, de consensu duarum ex tribus partibus vocalium dicti vestri conventus, capitulariter congregatorum, dictum locum s. Clarae vendere et alienare possitis, dummodo eius praetium depositetur, nec in alios usus convertatur, sed infra spatium sex mensium in alia bona comodiora et utiliora, vel alio meliori modo, implicetur et in evidentem utilitatem conventus, habita prius diligenti informatione a duobus vel tribus bonis viris locorum in quibus bona consistunt, cedere dignoscatur; super quo prudentiam vestram et bonorum virorum huiusmodi requirimus, et conscientiam oneramus. Ratum et firmum ex nunc pro tunc habentes quicquid iuxta praemissa, rite, et non aliter, factum fuerit; non obstantibus in contrarium quibuscumque. In quorum fidem, has nostras patentes litteras sigillo officii nostri munitas, propriaque manu subscriptas vobis concedi mandavimus.

Datum Brixiae, die 25 septembris 1592, assumptionis nostrae anno quarto.

Fr. HIPPOLITUS MARIA qui supra, manu propria.

Regist. fol. 45.

Fr. PAULUS CASTRUCCIUS

mag. provincialis Terraesanae, socius.

Mi è avviso che ragione impellente alla vagheggiata rinunzia fosse la stessa dei francescani, cioè la scarsa rendita, contro l'onere del mantenimento del culto della cappella. Imperocché continuava sempre ad essere l'antico e unico frutto dei quattro luoghi in s. Giorgio da Battistina Fattinanti lasciati. Poca cosa davvero, e insufficiente

addirittura, di fronte al grave peso imposto. Nissuno perciò si fece avanti, e s. Chiara rimase a mano dei nostri.

I quali, loro malgrado e costretti da necessità, cessarono dal fisso e continuato soggiorno presso la cappella, e il culto in essa veniva fatto a soli intervalli. Sorse allora il sindaco dell'ospedale degli incurabili in Genova a rivendicare i suoi diritti, di seconda mano, attribuitigli dal codicillo di Battistina suddetta del 28 gennaio 1519. Costui, a nome Stefano Boasi, dal 17 marzo 1593, anno in cui cominciò a mancare il servizio, fino al 25 agosto 1606 per lo meno, mai desistè dal raccogliere testimonianze giurate di vicini, comprovanti la cessazione quasi assoluta e perenne nell'inverno della messa quotidiana, e qualche volta della festiva nell'estate eziandio; tanto che erano in dovere quei terrazzani di recarsi in s. Luca d'Albaro o all'Annunziata di Sturla.

Non stentiamo a crederlo, perchè il luogo decadde a segno di smarrire l'aspetto di casa religiosa, e permettersi l'ingresso alle donne, come non più soggetta a clausura, in mancanza di frati. A quell'inconveniente che poteva dare presa alle male lingue, in occasione che questi vi facevano a quando a quando una breve scorsa, precluse la via un severo comando del p. Innocenzo Granello, provinciale lombardo, con cui addì 13 gennaio 1600 proibì, sotto qualsivoglia titolo, l'entrata nel piccolo cenobio alle femmine d'ogni età e condizione.

(N. 2)

(13 gennaio 1600)

Nos fr. Innocentius Granellus, sac. theol. magister, ac provinciae utriusque Lombardiae humilis prior provincialis, Ord. Praed.

Ut pro posse nostro tollamus omnem occasionem male suspicandi

saecularibus de fratribus aliquando commorantibus in domo s. Clarae nuncupata, nostri conventus s. Dominici de Genua, et ut etiam occurramus periculis, inconvenientibus et scandalis, quae, suggerente diabolo, ob ingressum mulierum possent contingere, tenore praesentium, nostri auctoritate officii, inhibemus districte et mandamus singulis patribus sive fratribus cuiuscumque gradus, dignitatis et conditionis sint, in virtute spiritus sancti et sanctae obedientiae, sub formali praecepto, ac sub poena excommunicationis latae sententiae, hac una pro trina monitione canonica praemissa, ipso facto, absque aliqua alia declaratione incurrenda, ne aliquis vel aliqui dum in ea domo moram traxerint, causa sanitatis recuperandae, vel recreationis, vel alterius cuiuscumque pretextus, audeat vel audeant introducere mulieres, sive permittere ut ingrediantur in dictam domum s. Clarae, sub quovis colore vel pretextu. In nomine patris etc., quibuscumque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem, his nostro sigillo munitis manu propria subscripsimus.

Datum Genuae, die 13 ianuarii 1600.

Fr. INNOC. GRANELLUS qui supra,
manu propria.

Loc. sig.

Retrocedendo di alcuni anni, ci è d'uopo ora qui narrare il tentativo fatto da parte del priore e padri di s. Domenico di rialzare le sorti del luogo di s. Chiara nel 1594, visto che venderlo non si poteva, ed essi trovavansi a navigare in migliori acque di prima. Adunque, sotto la presidenza del priore Giovanni Sauli, creato poi vescovo di Aleria (1), raccolti a consulta i membri del consiglio il 16 gennaio 1594, ritornando sulla decisione presa dagli antecessori addì 19 giugno 1590, e mutato parere in

(1) Priore di s. Domenico lo fu tre volte in breve spazio di anni, cioè dal 1592 al 94, dal 1596 al 98, dal 1602 al 1604. Preconizzato vescovo nel 1609, morì un biennio dopo, nel 1611. V. la sua biografia a pag. 298-301, dei miei *Vescovi Liguri Domenicani*.

forza delle variate circostanze, deliberarono di ritenere non solo quel podere, ma di comperare parecchie terre limitrofe alle già possedute, coi cento scudi loro lasciati per legato dal magnifico Lorenzo Grimaldi, e di ristorare e ingrandire fin anco la fabbrica esistente, nella spesa complessiva di lire seicento, di cui il convento trovavasi, non so dire come, debitore verso s. Chiara (1). Dieci giorni dopo nominavasi eziandio il vicario del luogo per la prima volta, e la scelta cadde sul p. Vincenzo Moltedo (2). Se non che, devo soggiungere non essere

(1) *Die 16 ianuarii 1594 convocatis patribus... per rev. p. priorem, fr. Io. Saulium... in infrascripta, proposita a praedicto priore, convenerunt. . quod centum aurei qui sunt exigendi a domino Nicholoso Serra pro legato facto huic nostro conventui a q. domino Laurentio de Grimaldis, qui morabatur in Taurino, pro quibus est etiam facienda aliqua obligatio perpetua, cum consensu a. r. p. provincialis, ut supra, expendantur in emendis terris propinquis aliis terris quas habemus in loco s. Clarae de Albaro, pro amplificando dicto loco, et si non inveniantur terrae, quod ponantur in censibus, applicandis dicto loco.*

Quia superioribus annis, ut patet in hoc libro supra, fuerat decretum inter patres vendere locum s. Clarae, tamquam afferentem iacturam conventui, re melius pensata et considerata, fuit conclusum unanimiter, quod nullo modo vendatur, sed teneatur pro recreatione fratrum, procurando pro posse satisfacere obligationibus a nobis in emptione dicti loci assumptis; quem quidem locum dixerunt esse instaurandum et amplioribus menis vallandum, pro comodiore habitatione fratrum, et hoc ex libris sexcentis plus minus vel circa, quae debentur a conventu praedicto loco s. Clarae, seu villae iam a nobis emptae, et etiam ex aliis pecuniis quando commodum erit. Decretum etiam fuit providendum esse dicto loco de vicario celebrante missas secundum obligationem conventus, et loci praedicti curam habeat.

Quapropter ipsi patres, et maxime pater prior, videlicet fr. Bernardus de Genua, Imperialis, et pater vicarius dicti loci, fr. Nicolaus de Genua, Bracelli, ipsis civibus notificaverunt iustam eorum petitionem; ad quorum ruralium preces Dei amore permoti, ex gratia et ad requisitionem dictorum patrum, predicti cives libere concesserunt et dant supra nominatam capellam dictis ruralibus praesentibus et sic ut supra requirentibus, hoc pacto ut intra eam habeant sepulcra, in quibus, ut supra dictum est, quilibet eorum tempore mortis possit sepelli, nec extra dictam capellam habeant aliquid innovare, nec aliud habere, nisi cum novo consensu dictorum patrum ac dictorum civium, per instrumentum conficiendum per notarium publicum et praedicta ad praesens etc. in forma.

Segue d' altro carattere:

Supradicta scripsit nobilis dominus Ambrosius Gentilis 1538, dum ego fr. Nicolaus Bracellis essem vicarius, in confirmatione nostrae concessionis. Colligata cum ista.

Resta così assicurato che il conventino di Cornigliano era soggetto al padre priore di Castello, e là ne faceva le veci un suo rappresentante, col titolo di vicario, precisamente come usavasi per le altre case di s. Luca e s. Vito d'Albaro.

Decorso un altro decennio, ci si offre un atto di qualche importanza, sul quale è giuoco forza soffermarsi e ragionare. Vero o no, vi è detto che il 18 agosto 1548 la chiesa di Cornigliano venne d' autorità pontificia riconferita ai padri di Castello. *Unita fuit sub die xviii augusti anni*

presentis de MDXXXVIII. Che si tratti di una seconda incorporazione, cioè della novellamente ampliata, perchè la prima annessione del 1526 ordinata da Clemente VII aveva avuto a scopo materiale e diretto l'antica chiesuola rettorale? Parrebbe di sì. Ad ogni modo l'atto contiene una sentenza arbitrale che vuol essere spiegata.

Allorquando il capitolo di N. S. delle Vigne rinunziò il suo diritto di patronato sulla vetusta cappella di Cornigliano, e questa ottenne il grado di parrocchia, col titolo di rettoria, sembra che, a testimonianza del prisco dominio, si riservasse sulla di lei mensa il canone annuo di soldi cinque genovini d'allora. È provato in realtà dai registri delle Vigne il pagamento, a più riprese fatto, di quote da varii rettori succedutisi in carica. Giuntine al possesso i domenicani, e a malincuore, come sopra è scritto, inconscii forse di quel tributo, perchè non avvertite dagli offerenti, ribellaronsi al gravoso onere di fronte all'impercettibile rendita d'un solo luogo in s. Giorgio, posseduto dalla loro chiesa. Ma la legge inesorabile stava loro contro. A non impegnarsi in un lungo litigio, canonici e frati ne commisero il giudizio a due arbitri, comuni amici, cioè i giureconsulti Ansaldo Giustiniani e Giacomo Scribanis; i quali riconobbero il buon diritto dei primi, sentenziando tuttavia di non pretendere dai secondi gli accumulati arretrati.

(N. 5)

(14 dicembre 1548)

In nomine domini amen. Nos Ansaldus Iustinianus et Iacobus de Scribanis, iuris utriusque doctores, arbitri et arbitratores ac amiables compositores et comunes amici, electi et assumpti per et inter ven. dominum Bernardum Anfossium, canonicum ecclesie

B. Marie de Vineis, Ianue, tamquam syndicum et procuratorem ven. dominorum canonicorum et capituli dicte ecclesie B. Marie de Vineis ex una parte, et ven. dominum fr. Paulum Cavallum de Ianua, tamquam syndicum et procuratorem ven. dominorum prioris, fratrum et conventus monasterii S. Marie de Castello, Ianue, Ord. Pred. observantie, vigore compromissi in nos per dictas partes facti, scripti manu tui notarii infrascripti, anno presenti, hodierna die, paulo ante.

Viso in primis dicto instrumento compromissi, nec non duobus aliis instrumentis compromissi his proximis mensibus elapsis, respective, diebus in eis contentis, etiam per dictas partes in nos factis, scriptis manu etiam tui notarii infrascripti; visaque petitione per dictum dominum Bernardum, dictis nominibus, oblata et deposita coram rev. domino vicario archiepiscopali Genue contra dictos dominum priorem et fratres dicti monasterii S. M. de Castello, cui monasterio ecclesia s. Iacobi de Corniliano extra muros Ianue auctoritate apostolica in perpetuum unita fuit sub die XVIII augusti anni presentis de MDXXXVIII; responsioneque dicte petitioni facta per dictum dominum fr. Paulum dictis nominibus, et certis actis inde secutis et factis in dicta causa, scriptis manu etiam tui notarii infrascripti, quibus condigna relatio habeatur; auditaque et intellecta petitione, verbo et oretenus coram nobis facta per dictum dominum Bernardum dictis nominibus contra dictum dominum fr. Paulum dictis nominibus, responsione etiam oretenus facta per dictum dominum fr. Paulum dicte petitioni seu requisitioni; visoque quodam publico instrumento facto per dominum p. Franciscum de Gavio, olim tunc ministrum dicte ecclesie s. Iacobi de Corniliano, scripto manu Iacobi Bonaccursii notarii publici anno 1269 die XI novembris, cuius vigore inter cetera dictus p. Franciscus, olim tunc minister dicte ecclesie, fecit obedientiam et reverentiam manualementem ven. domino Antonio, tunc preposito dicte ecclesie B. M. de Vineis, nomine et vice capituli dicte ecclesie, et promisit non vendere nec alienare bona dicte ecclesie s. Iacobi, et alia facere que in dicto instrumento, in pergameno scripto, coram nobis in publica forma exhibito et producto per dictum dominum Bernardum, dictis nominibus, continetur, cui habeatur relatio:

Visis libris massarie dominorum canonicorum et capituli dicte ecclesie diversorum annorum, per quos constat fuisse per certos rectores dicte ecclesie s. Iacobi, pro tempore existentes, solum annuum censum per nonnullos annos preteritos dictis dominis canonicis et capitulo dicte ecclesie B. M. de Vineis, ad rationem solidorum quinque Ianue in anno; in uno quorum dictorum librorum reperitur scriptum... quolibet anno 1457 die 23 februarii fuisse per presbyterum Luchinum de Spedia, olim rectorem dicte ecclesie s. Iacobi, solutas domino Dominico de Retegnis canonico et massario dicte ecclesie et capitulo B. M. de Vineis libras duas et solidos novem et denarios quatuor Ianue, pro censu dicte ecclesie, pro eo quod tenebatur dictis dominis canonicis et capitulo pro annis elapsis, ut de solutione ipsa dicitur constare in cartulario primo officii s. Georgii anni 1457, scripti manu Ioannis de Castilione notarii, etiam coram nobis exhibitis et productis et per nos visis et lectis; auditisque dictis partibus semel et pluries in examine dicte cause et quicquid coram nobis tam verbo quam in scriptis coram nobis producere, monstrare et allegare voluerunt, et demum visis videndis et superius premissis:

Xpi nomine invocato, viam arbitrarium ac amicabilium compositorum in hac parte nobis potius assumentes quam stricti iuris rigorem, dicimus, sententiamus, laudamus, arbitramur et arbitramentamur, condemnamus et absolvimus in omnibus pro ut infra.

Videlicet quia condemnamus et condemnatos esse pronunciamus et declaramus dictos, dominum priorem et fratres dicti monasterii S. Marie de Castello, cui monasterio ecclesia predicta s. Iacobi de Corniliano in perpetuum apostolica auctoritate unita et incorporata existit, et tam modernos quam pro tempore existentes, ad dandum et solvendum de cetero a festo nativitatis domini proxime venturo et abinde in antea in perpetuum dictis dominis canonicis et capitulo pro tempore existentibus, solidos quinque Ianue annuatim, ratione census annuatim debiti respectu dicte ecclesie s. Iacobi, dictis dominis canonicis et capitulo dicte ecclesie. Respectu vero annorum preteritorum respectu dicti census ut supra debiti, absolvimus et absolutos esse pronunciamus et declaramus dictos, dominum priorem et fratres dicti monasterii, et sic ab expensis inde factis, et ita ut

supra. Mandantes presentem nostram arbitralem seu arbitramentalem sententiam et contenta in ea per dictas partes et utramque ipsarum observari debere, sub pena contenta in dicto compromisso, cuius vigore presens nostra arbitralis seu arbitramentalis sententia lata fuit.

Lata et lecta presentibus dicto domino Bernardo Anfossio dictis nominibus ac dicto fr. Paulo dictis nominibus, et presentem arbitralem seu arbitramentalem sententiam et contenta in ea probantibus, emologantibus et confirmantibus.

Ianue, in studio domus habitationis prefati domini Ansaldi, sita in parochia s. Georgii, Ianue, sub anno a nativitate domini 1548, indictione sexta iuxta morem Ianue, die veneris, 14 decembris, in vesperis, presentibus Augustino Ritio q. Barth. et Antonio de Fontanabuona q. Barth., civibus Ianue, testibus ad premissa vocatis etc. (1).

Chi avrà modo di penetrare nell'archivio capitolare delle Vigne, sarà in grado di verificare se, e per quanto tempo, i religiosi di Castello pagassero quell'annuo tributo.

III.

Elevazione della casa in convento autonomo, e deperimento continuo dei suoi redditi.

Nella seconda metà del XVI secolo le condizioni accennarono volgere in meglio. Al munifico Luca Spinola, che aveva ricostruito il corpo principale della chiesa, tenne dietro l'altro patrizio Agostino Pallavicino q. Pietro, che v'aggiunse il coro e fabbricovvi il proprio sepolcro gentilizio, terminato, lui morto, dai suoi figli, Francesco,

(1) La carta non è originale, ma copia estratta dal notaio, che si firma, *Nicolaus Pallavicinus de Coronato, publicus apost. et imper. auctoritate notarius*; che pare l'abbia riprodotta, come segue a dire la carta: *Ex quodam libro autentico in folio parvo in pergameno, ubi multa alia. apud rev. d. Andream Ferellium (?), canonicum et syndicum capituli, fol. 122 et 123, prope finem.*

Simone e Lazzaro, come in lapide ivi murata, e del seguente tenore:

D. O. M.

« *Chorum huius aedis ab Augustino Pallavicino designatum, viro in*
» *administranda, tuendaque Repubblica prudentissimo atque fortissimo,*
» *Franciscus, Simon et Lazarus filii perficiendum curaverunt Kal. martii*
» *1562* ».

Ai padri poi che, coll'esatto loro servizio eransi conciliata la benevolenza e la stima dei nobili villeggianti in paese, non mancarono notevoli assegni, ad aumento di rendita, da parte delle stesse famiglie Pallavicino e Spinola, antiche patrone e benefattrici della parrocchia. Diè l'esempio Ambrogio Spinola q. Stefano, che nel 1550 versò in s. Giorgio il capitale di due luoghi, poi Luchinetta Spinola di venti, di altri sette Vincenzo Pallavicino, e di dieci Francesco Spinola q. Ludovico, e finalmente di altri venti Spinola Andrea q. Pasquale (1); cinquanta-nove in tutto, fruttanti l'annuo reddito di lire seicento, per lo meno, di quel tempo.

Non creda il lettore fosse tutto schietta generosità, chè gli oneri imposti erano tutt'altro che lievi. Del primo e dell'ultimo lascito ho ricavato il testo dell'iscrizione dai cartolarii di s. Giorgio, che qui soggiungo:

(N. 6)

(1550 e 1567)

Reperitur in cartulario C. locorum comperarum ill.mi officii s. Georgii, anni 1676 cart. 14, inter alia, columna tenoris sequentis:

(1) La particella del testamento di Andrea Spinola, relativa a questo lascito, ha la data 1573 die 2 februarii.

Ambrosius Spinula q. Stephani. Librae ducentae sive L. CC. Cum obligatione quod nullo unquam tempore possint vendi vel obligari, sed sic perpetuo stare debeant, et de proventibus annuatim et singulo anno respondeatur ecclesiae s. Iacobi de Corniliano, ut in cartul. C. continetur, et pro ut in cartulario 1550 cart. 30, ubi habuit originem. Item reperitur in supradicto cartulario C. cartis 18, inter alia, columna tenoris sequentis: Andreas Spinula q. Pasqualis. Librae bismille sive L. MM. Cum obligatione dicenda per Federicum, Paulum et Thomam Spinulos ac Baptistam de Grimaldis fideicommissarios dicti q. Andreae, ut in cartulario C. continetur, et pro ut in cartulario 1567 cartis 24, ubi habuit originem continetur.

M. Paulus Spinula, Thomas Spinula, Carolus Spinula q. Luciani subrogatus loco Stephani Spinulae q. Ambrosii, vigore decreti dd. extraordinariorum de 1582 die 29 martii, subrogati loco d. Federici Spinulae anno de 1582 die 10 ianuarii, manu Pellegrini et Pasqualis de Grimaldis q. Baptistae patris, fideicommissarii dicti q. Andreae, et volentes declarare obligationem per eos ut supra dicendam, dicunt et declarant in omnibus ut supra.

Videlicet, quod de proventibus dictorum locorum viginti anni praesentis 1583 et venturorum, respondeatur fratribus s. Iacobi de Corniliano singulis annis, cum conditione quod dicti fratres teneantur singulo die in eorum conventu dicere et celebrare missam unam, et singulo die veneris missam unam mortuorum in perpetuum pro anima ipsius q. Andreae; de qua obligatione ut supra dictum fuit completa vel ne stare debeat verbo m. Pauli Spinulae q. Steph. aut m. Philippi Spinulae q. Ambrosii in eorum vita tantum, consensu quorum non praestito, scribae columnarum non teneantur dare proventus dictorum locorum dictis fratribus. Et ita dicunt et declarant omni meliori modo, et pro ut in cartulario 1583 cartis 26, ubi habuit originem, continetur.

Era un discreto reddito, ma insufficiente ancora a cibare una comunità. Viveva per buona sorte a que' di Stefano Spinola, figlio del prelodato Ambrogio, il quale possedendo in Cornigliano palazzo e villa, ereditati dal

padre, volle emularne e ne superò anzi la pia liberalità. Sapevagli male il vedere la chiesa di s. Giacomo servita dal solo parroco, o da due padri al più, verso tanta popolazione, ognor crescente, in paese. Caldeggiò adunque il progetto di fondarvi un convento formale, con alla testa il proprio superiore autonomo, staccato da Castello; e vi riuscì mediante pratiche, iniziate e a buon fine condotte, col capo dell'Ordine.

Il perchè nel capitolo generale a Mantova celebrato l'anno 1582, i definatori (così chiamansi fra noi i membri costituenti un quissimile di Giunta legislativa), davano incarico al provinciale di Lombardia di procedere all'erezione della nuova casa, a patto che assicurato fosse in precedenza l'onesto sostentamento per sei sacerdoti almeno e due fratelli laici, ossia conversi. Alla bisogna già aveva provveduto in cuor suo lo Spinola; il quale addì 17 novembre stesso anno mantenne la parola, e con strumento pubblico si obbligò a pagare ogn'anno cento dieci scudi d'oro in oro d'Italia, sur un capitale di censo, redimibile però, da esso compro e acquistato su beni immobili del magnifico Ottavio Cattaneo; valente che, aggiunto alle seicento lire predette, costituiva la provvisione creduta bastante al vitto di otto persone.

Ancora, a far pago il desiderio dei frati, non soliti uscire di spesso dal chiostro, comperò e cesse loro in proprietà una villetta attigua alla chiesa; divenuto così il fondatore quasi, e certo il benefattore massimo dell'erigendo convento. Mi stimo felice d'aver scovato nell'archivio governativo quest'atto di speciale rilievo per la presente storia, fra i rogiti di Giacomo Ligalupo, e che manca del tutto nel nostro domestico. È il seguente:

(N. 7)

(17 novemb̄e 1582)

In nomine domini amen. Cum sit quod nunc q. rev. mus magister generalis Ord. Praed. s. Dominici de observantia decreverit, etiam cum participatione diffinitorum, seu capituli celebrati Mantuae anno praesenti, erigere ecclesiam seu monasterium s. Iacobi, positum in villa Corniliani, in prioratum, et sic in ea priorem deputare ut in aliis ecclesiis dicti Ordinis, et in ea continuo tenere sex fratres sacerdotes et duos alios quos vocant *conversi*, qui sex fratres sacerdotes in ipsa ecclesia missas et alia divina officia celebrare debeant, prout in aliis ecclesiis dicti Ordinis consuetudo est fieri, et secundum institutiones eorum Ordinis:

Cumque attentis praedictis multum rev. fr. Aurelius Martinengus, provincialis provinciae Lombardiae, eiusdem Ord. Praed., in executione praedictorum illud idem facere et exequi decreverit, mediante precipue oblatione dicto rev. mo magistro generali facta de providendo eidem monasterio seu ecclesiae s. Iacobi de annuis libris sexcentis monetae Genuae, et amplius de condonando eidem ecclesiae quamdam villam dictae ecclesiae vicinam, pro usu et commoditate fratrum qui pro tempore in ea residentiam facient; et eapropter multum magnificus dominus Stephanus Spinula, filius q. d. Amb., habens in dicta villa Corniliani suam villam cum domo et in ea rusticari solens, valdeque exoptans ut dicta ecclesia in prioratum erigatur et in ea singulis diebus divinus cultus frequentetur, obtulerit, decreveritque (ad hoc ut dicta constitutio dicti rev. mi magistri generalis et multum rev. provincialis quam primum fieri potest executioni mandetur) per se solum dictae ecclesiae et monasterio de dicta villa ut supra oblata, nec non et de infrascripto annuo censu providere, qui una cum fructibus seu proventibus infrascriptorum locorum scriptorum et scribendorum in comperis s. Georgii, civitatis Genuae, alias assignatorum dictae ecclesiae, hoc est duo a q. magnifico Ambrosio Spinula eius patre, viginti a q. magnifica Luchineta Spinula, uxore ultimo loco q. magnifici Augustini Pallavicini, septem a q. m. Vincentio Pallavicino, viginti a q. magnifico Andrea Spinula q. Pasqualis, et decem a q. magn. Francisco Spinula q. Ludovici, commode da-

bunt et respondebunt de reddito dictas libras sexcentas singulis annis, ex quo fiet quod ipse magn. Stephanus, ceterique cives in dicta villa Corniliani rusticantes, hoc commodo, adeo sibi ipsis, animabusque suis utile fruentur, et pariter eius et eorum successores in dicta villa Corniliani.:

Hinc est quod ipse magn. dominus Stephanus Spinula sciens se emisse et acquisivisse a magn. domino Octavio Cattaneo q. d. Caroli annum perpetuum censum et redditum, redimibile tamen, scutorum centum decem auri in auro Italiae pro pretio scutorum duorum millium similium, impositum et assignatum in et super bonis immobilibus dicti magn. dicti Octavii; de quibus in instrumento desuper confecto anno praesenti die xv februarii, recepto manu Pauli Hieronymi Bargoni notarii, et amplius se acquisivisse villam seu petium terrae arboratae cum suis iuribus et pertinentiis, positam in dicta villa Corniliani prope dictam ecclesiam, quae fuit q. Georgii Murò, ut de dicta acquisitione apparet ex publica scriptura dationis in soluptum facta in actis Iacobi Coste notarii anno praesenti die in ea contento; sponte etc., et quia sic sibi facere placet, assignavit et assignat ad usum seu in causam praedictam, attentis praedictis et eis firmis permanentibus et perseverantibus omni futuro tempore et non aliter, dictum annum censum scutorum centum decem auri in auro Italiae ut supra acquisitum a dicto magn. Octavio Cattaneo, et successive illum seu quicquid ex eo continue singulis annis exigetur, dare et solvere dicto rev. priori et fratribus pro tempore in dicta ecclesia existentibus promisit et promittit ad dictum cultum divinum et servitutum ut supra, me notario stipulante.

Item assignavit et assignat dictae ecclesiae, me dicto notario etc. supradictam villam seu petium terrae per ipsum magn. d. Stephanum ut supra acquisitum, cui coheret antea et retro via publica, ab uno latere villa magn. Christophori Spinulae q. d. Georgii, et ab altero villa cuiusdam de Bavastro, et si qui sunt etc., ad habendum etc. cum omnibus et singulis iuribus pariter ad dictum usum et servitutum ut supra.

Transferens praefatus magn. Stephanus in causam et usum praedictum dictum annum censum et petium terrae, omniaque et singula iura etc. Promittensque illum solvere, et ut supra, omni ex-

ceptione et contradictione remotis, possessionem et dominium dictorum bonorum in causa praedicta. Constituens etc.

Declarato et acto quod in quocumque casu redemptionis dicti census, capitale seu pecuniae ipsae converti et erogari debeant in alium censum seu redditum, cuius fructus annuatim solvantur et convertantur ut supra, et idem fiat toties quoties dicta redemptio sequeretur.

Declarato etiam quod dicti prior et fratres, pro tempore existentes in dicto monasterio et ecclesia, teneantur in perpetuum celebrare in eadem ecclesia quolibet mense missam unam magnam pro animabus defunctorum praefati magn. Stephani, ipsius ac suorum successorum.

Quae omnia etc. Sub pena dupli etc. etc. Per me Iacobum Ligalupum notarium.

Actum Genuae, in domo solitae habitationis magn. d. Stephani Spinule, sita in platea s. Lucae, videlicet in mediano dictae domus, anno a nativitate domini MDLXXXII, indictione decima secundum etc., die mercurii, xvii novembris, in tertiis, praesentibus magn. d. Io. Bapt. Spinula q. d. Ant. et Andrea de Platea q. Io. Bapt., de loco Succarelli, testibus ad praemissa vocatis etc.

Adempiute adunque le condizioni tutte apposte dai maggiori dell' Ordine, il provinciale lombardo, p. Aurelio Martinengo, cinque giorni dopo la su riferita scrittura, emise il decreto con cui erigeva in convento autonomo, separandolo dal nostro di Castello, il luogo di Cornigliano, e sottoponendolo alla immediata giurisdizione del capo della provincia.

(N. 8)

(22 novembre 1582)

In nomine domini amen. Anno domini 1582, die xxii mensis novembris, magister rev. pater, fr. Aurelius de Martinengo, s. theol. lector ac provinciae utriusque Lombardiae prior provincialis, Ord. Praed. inherens decreto seu ordinationi alias factae a rev.mo olim magistro generali Ord. Praed., Paulo Constabili, ferrariensi, nec non definito-

ribus capituli, Mantuae celebrati anno praesenti, in quo continebatur quod ipse rev. provincialis possit erigere locum s. Iacobi, positum in villa Corniliani, alias commendatum apostolica auctoritate conventui et prioribus conventus S. M. de Castello, Ord. Praed. Genuae, ad prioratum, et priorem in eo deputare, ut in aliis conventibus dicti Ordinis et eum subiacere immediatae curae et regimini provincialis provinciae Lombardiae pro tempore existenti, eximendo eum a cura dicti conventus Castelli, ita tamen ut prius dicto loco pro conventu erigendo provideatur de annuis censibus, ut numerus saltem sex sacerdotum et duorum conversorum in eo conservari posset et non aliter, et quod dicto loco pariter provideatur de villa vicina et seu spatio competenti pro necessariis.. dictorum fratrum et conventus erigendis; attentis promissionibus, obligationibus et concessionibus, sponte et omni meliori modo factis a magnifico Stephano Spinula, filio q. d. Amb., prout in instrumento confecto per dictum Iacobum Ligalupum notarium Genuae die decima septima currentis mensis et anni, in quibus assignat loca s. Georgii, seu locorum dictorum census, diversorum nomine, prout in dicto instrumento latius continetur:

Item et annum censum scutorum centum decem auri, exigendum a m. d. Octavio Cattaneo, q. d. Caroli, perpetuum, licet redimibile. Item et villam seu petium terre, cui coheret antea et retro via publica, ab uno latere villa m. d. Christophori Spinulae, ab alio villa cuiusdam de Bavastro, pro ut expressius in dicto instrumento:

Ordinavit et ordinat, erigendo et erectum declarando dictum locum s. Iacobi ad prioratum provinciae utriusque Lombardiae, cum omnibus iuribus, attinentiis, praerogativis, quibus alii conventus dictae provinciae gaudere solent, supponendo eum regimini provincialium pro tempore, obligando et omni meliori modo promittendo, stantibus praedictis promissionibus, obligationibus et executionibus, dictum conventum ad nutriendum et tenendum sacerdotes sex et duos conversos prout supra. Quae omnia promisit, iuravit etc. omni meliori modo etc.

Ita est. Ego fr. Aurelius Martinengus, prior provincialis qui supra, manu propria.

Si stava per entrare in porto, quando la nave presso l'imboccatura arenò. Crediamo abbia concorso alla disdetta

l'inopportuna morte del generoso Stefano Spinola, e a breve andare anche del figlio suo Paolo. Ma non è neppur fuori di luogo il dubbio esserne stato il motivo la riconosciuta strettezza della casa. L'anonimo già citato tocca alla sfuggita dell'incomoda abitazione assegnata allora ai frati, non capace a ricoverare con decenza otto persone. E di vero, in niuna carta dell'epoca s'incontra un cenno purchessia allusivo a ingrandimento dell'antica canonica, servita al rettore secolare. Arrogi che, a causa del deprezzamento delle azioni di s. Giorgio e in conseguenza anche dei loro frutti annui, si constatò più non bastare il capitale dei cinquantanove luoghi scritti sul banco, con gli scudi cento dieci in oro da Stefano Spinola assegnati per dote, anch'essi inviliti, e, ciò che è peggio, mai era stato mandato ad effetto quell'istrumento. Voce quindi correva d'abbandono della chiesa da parte dei domenicani; ma Pietro Spinola, nipote di Stefano ed erede della pietà di lui, in buon punto si fe' innanzi, ottenne una sosta, e intavolò nuovi negoziati.

Mercè l'appoggio dei cardinali di Ascoli e Vincenzo Giustiniani di Scio, dai nobili genovesi richiesti d'aiuto appo la curia generalizia di Roma, s'indisse un convegno in s. Domenico della nostra città, al quale intervennero il p. Nicolò Podestà, la cui cella si adibi per la seduta, e l'inquisitore generale di Genova, p. Alberto Fiorenzuola, con lettera del 23 febbraio 1589 nominato rappresentante suo dal provinciale lombardo, p. Vincenzo Montesanto. Dei laici trovaronsi presenti il su citato Pietro Spinola per conto proprio, e i patrizii Stefano Pinelli e Giacomo Spinola a nome dei villeggianti in Cornigliano. Discussa a lungo la pratica, e sentite le ragioni non frivole di

malcontento dei padri, ad appagarli Pietro obbligossi di crescere d'altre lire quattrocento la dotazione fissata dal nonno Stefano, fermi rimanendo gli altri articoli inseriti nel rogito del 17 novembre 1582. V'aggiunse anzi nuovi e non leggieri pesi di legati a suo favore; col diritto d'apporre in chiesa una lapide memorativa della presente convenzione, che rogò il notaio Gio. Francesco Valdetaro in scorretto italiano.

(N. 9)

(6 marzo 1589)

In nome di Dio sia. Conciosiacosache l'anno passato dell'anno de 1582 sia stato renunciato dalli signori padri di S. Maria di Castello la chiesa di s. Giacomo di Cornigliano alla provincia di Lombardia dell'Ord. dei Pred., et havendo, a richiesta del sig. Stefano Spinola q. Amb., il rev. p. provinciale istituito detta chiesa di s. Giacomo in priorato, con obbligo di mantenere in essa sei sacerdoti di messa et doi conversi per servizio di detta chiesa, per celebrare in essa li divini officii a honor di Dio et salute et consolatione di esso sig. Stefano et delli altri gentilhuomini et abitanti in detta villa di Cornigliano, havendo il detto sig. Stefano assignato a detta chiesa per mantenimenio de padri, oltre lo provento de luoghi sessanta incirca delle compere di s. Giorgio, descritti per la maggior parte in varie colonne, l'annuo censo di scudi cento dieci d'oro in oro, che si scodono ogni anno per li suoi heredi dal sig. Ottavio Cattaneo per lo prezzo de scudi doa millia d'oro, oltre la donazione della villetta donata a detta chiesa, come di tutto consta per le scritture fatte, il tenore delle quali è il seguente: *Vedi i due documenti precedenti n. 7 e n. 8 del 17 e 22 novembre 1582.*

Ed havendo la detta chiesa continuato conforme al concerto suddetto sotto governo de priori sino al mese d'ottobre dell'anno passato del 1587 solamente, et desiderando hora li gentilhuomini abitanti in detta villa, principalmente il molto magnifico sig. Pietro Spinola fu del sig. Paolo, che la detta chiesa continui ad esser officiata conforme al detto concerto, con speranza di maggior augu-

mento, perciò essendo ad istanza delli molto magnifici signori Stefano Pinello e Giacomo Spinola, doi de signori soliti a villeggiare in detta villa di Cornigliano e deputati dalli signori in detta villa villegianti, trattato accomodamento per mezo delli il.mi e rev.mi Cardinali d'Ascoli et Giustiniano col rev. p. provinciale di Lombardia, e col rev. p. procuratore del rev.mo generale dell' Ord. dei Pred. si è concertato nel modo seguente:

Che si rinovi la detta chiesa di s. Giacomo di Cornigliano in priorato sotto alla provincia di Lombardia, et che in essa habitino di continuo sei sacerdoti di messa e doi conversi, conforme al concerto preso detto anno 1582, salvo giusto impedimento in loro coscienza.

Che in detta chiesa ogni anno si debba cantar una messa et recitare in coro collegialmente le hore canoniche, come si usa far in conventi simili della loro religione, salvo giusto impedimento in loro coscienza.

Che ogni giorno si debba dire una messa per l'anima del detto sig. Pietro, figlio del fu sig. Paolo Spinola, fu del sig. Stefano, pregando per detto sig. Pietro, detto sig. Paolo suo padre e suoi successori, et il primo giorno d' ogni mese una messa cantata da morti, et quando vi fosse qualche impedimento nel detto giorno, la detta messa cantata debba dirsi in altro giorno del medesimo mese, in modo che ogni mese se ne dica una, et questo oltre la messa obligata al detto sig. Stefano Spinola q. Amb. per il concerto suddetto.

All' incontro per mantenimento de religiosi che annualmente staranno ad officiare la detta chiesa, oltre quanto fu assignato dal detto q. sig. Stefano Spinola et oltre li proventi delli luoghi suddetti, il detto sig. Pietro Spinola q. Pauli, di sua grazia e liberalità, per conto di carità, si obliga pagare ogni anno in perpetuo lire quattrocento di moneta di Genova a quelli padri religiosi che annualmente officieranno la detta chiesa sotto le forme et oblihi sudetti, e non altrimenti, con facultà che si dà al detto sig. Pietro di riponere una pietra marmorea in detta chiesa con lettere che rimostrino esso sig. Pietro haver fatto e fare quel che si contiene nel presente instrumento.

Et per osservanza delle suddette cose si dichiara che semprechè

la congregazione di detti rev. padri non avrà per bene di continuare et osservare il contenuto in questo instrumento, purchè sia osservato a loro quanto se li promette come sopra, debbano relasciare la chiesa libera a disposizione di sua Santità. All' incontro lasciando i padri la detta chiesa, li cittadini suddetti siano obligati pagare alla religione tutto quello che legittimamente apparirà sia stato sborsato per la riparazione e fabrica di detta chiesa e convento dalli padri de denari della religione.

E tutto il contenuto sopra si contrae e si conviene fra il molto rev. padre fr. Alberto Firenzuola, inquisitore generale in questa città, et uno de padri dell'Ordine de Pred. presente et interveniente per la balia datagli dal molto rev. padre fr. Vincenzo Montesanto, provinciale della provincia di Lombardia, per sue lettere date in Milano de 23 de febbraio prossimo passato, con presenza anche del molto rev. padre fr. Nicolò del Podestà per uno de padri dell' Ord. de Pred. di s. Domenico presente et quale l' interviene da una parte, e detto sig. Pietro et li signori Stefano Pinello e Giacomo Spinola alli nomi suddetti, dall' altra o più parte, li quali in tutto come sopra fra loro si convengono, e si dichiara che il contenuto sopra e tutto il presente instrumento si debba comprovare per detto molto rev. padre provinciale, e a caotela anche si supplica con le ginocchia a terra sua Santità, che si degni il presente contratto e tutto il contenuto in esso comprovare e convalidare, interponendoli l' autorità papale, et ordinando quando che sia bisogno etiam motu proprio, che tutto il contenuto in questo instrumento si osservi. Respondentes etc. Quae omnia etc. Sub pena dupli etc. Et proinde etc. De quibus omnibus etc. per me Io. Franciscum Valetarium notar.

Actum Ianue, in dormitorio conventus s. Dominici, in camera residentiae dicti rev. d. p. Nicolai de Podestate, anno a nativitate domini MDLXXXIX, indictione prima secundum etc., die lunae, vi martii, in vesperis. Praesentibus Francisco Alberto q. Ant. et Horatio Camere d. Stephani, testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

L' iscrizione fuvvi apposta, e diceva così:

« *M. Petrus Spinula m. Pauli filius, patriae pietatis non immemor,*
» *et maxime ipsius erga Deum Opt. Max. religione motus, ad au-*

» *gendum cultum divinum et animarum utilitatem, ex sua singulari*
» *liberalitate templo huic quod pater aere proprio reparavit anno 1562 (?)*,
» *Stephanus vero Spinula, eius consobrinus, m. Ambrosii filius, aureis*
» *centum decem annuis donavit, ut usque adessent duo conversi et sex*
» *fratres horas canonicas de more celebrantes, animadvertens ad expensas*
» *tot sacerdot. id munus non sufficere, ideoque eius voluntati eos sa-*
» *tisfacere non posse, libras quadringentas quotannis addidit, hoc addito*
» *onere, ut singulis mensibus rem sacram solemnem pro parentis anima,*
» *singulis vero diebus pro sua et suorum successorum celebrent, ut in*
» *actis Io. Franc. Valletarii anno 1588 die sexta martii, in quibus*
» *liquet ipsos fratres secus facientes dicto munere privari.*
» *MDLXXX die viii iulii » (1).*

Giunto poco stante a Genova il provinciale anzidetto, addì 17 stesso mese ratificava colla sua autorità il conchiuso contratto.

(N. 10)

(17 marzo 1589)

Eisdem millesimo et indictione, die veneris, xvii martii, in tertiis, in conventu s. Dominici, videlicet in camera nunc residentiae rev. p. mag. Vincentii de Montesanto, magistri provincialis utr. Lombardiae, Ord. Praed.

In nomine domini amen. Praefatus rev. p. mag. Vincentius de Montesanto, mag. provincialis utriusq. Lombardiae Ord. Praed. habens notitiam de praecedenti instrumento facto inter rev. dominum, patrem fr. Albertum Firenzolam, inquisitorem generalem in praesenti civitate, unum ex fratribus dicti Ord. Praed., cum interventu rev. d. p. fr. Nicolai de Potestate, parte ex una, et nominibus de quibus in eo, et m. d. Petrum Spinulam ac mm. dd. Stephanum Pinellum et Iacobum Spinulam, nominibus de quibus in eo, parte ex altera, pro contentis in dicto instrumento ratione ecclesiae s. Iacobi de Corniliano, erectae et declaratae in prioratu et ad prioratum provinciae

(1) La ricavo dal Paganetti a pag. 171 del suo MS. *Supplemento* al tomo 1.º della *Stor. eccl. della Liguria*.

Lombardiae sub pactis, modis et in omnibus et per omnia pro ut in dicto praecedenti instrumento continetur, nunc per me notarium infrascriptum eidem rev. d. p. mag. Vincentio, provinciali praedicto, lecto et vulgarizzato, et sciens omnia quae in praecedenti instrumento continentur facta fuisse de suo ordine et voluntate ipsius rev. p. mag. Vincentii provincialis :

Ideo ipse rev. d. p. Vincentius provincialis praefatus, sponte etc. et omni modo etc. dictum praecedens instrumentum et omnia et singula in eo facta approbavit, omologavit etc., ac approbat, omologat etc. et in omnibus locum et observantiam esse vult, prout in dicto instrumento facta fuere, stipulante, recipiente et acceptante me notario, nomine et vice omnium et singulorum quorum interest, intererit seu interesse poterit quomodolibet in futurum. Quae omnia etc. Sub ipotheca etc. Testes, Baptista Valetarius q. Simonis et Thomas Bogianus q. Iacob. de Bargono, vocati.

Dal sopra riferito documento del 6 marzo 1589 siamo resi certi essersi nel 1582 insediata in s. Giacomo la tanto ambita comunità di sei padri e due conversi col priore, a foggia degli altri conventi, ma v'è detto ancora che perseverò fino all'ottobre del 1587 soltanto, a motivo senza dubbio della ristrettezza e infelicità del locale. Non è dunque a maravigliare che nel nuovo assetto delle cose, segnato d'ambo le parti nel 1589, non si faccia parola d'accrescere l'angusto e diruto edificio? Checchenessia, ripresovi domicilio, l'abitazione si constatò oltre che scarsa al bisogno, malsana a segno che i frati spesso ne ammalavano, e doveasi dar loro il cambio co' meglio valenti, i quali, a loro volta, cadevano in morbo; ondechè un'ulteriore permanenza diveniva micidiale, impossibile, a meno di ricostrurre di pianta un asciutto, arieggiato convento.

Ciò porse occasione a un terzo contratto, stipulato il

25 giugno 1594 fra il predetto Pietro Spinola e i domenicani di Cornigliano. Con esso, ritenuti validi i patti scritti nell'atto del 6 marzo 1589, meno le quattrocento lire aggiunte al primitivo assegno fatto dal nonno Stefano, lui Pietro obbligavasi di fornire un altro reddito di lire quattrocento venticinque, risultante da due censi sopra maggiore somma dovutagli da un tale Giovanni Puppo di Voltri. Inoltre prometteva spendere almeno mille lire genovesi nella fabbrica d'un convento. Dal canto loro il priore p. Alberto da Arquata e i padri accettavano gli oneri di messe imposti dallo Spinola, cedendogli eziandio il patronato di una cappella in chiesa loro. Intitolavasi della ss. Annunziata, appartenuta tempo innanzi a Cristoforo Pallavicino, ora ai nipoti suoi Cristoforo e Aurelio Tagliacarne, i quali di buon grado consentivano alla cessione. Questi e altri più minuti particolari leggonsi nel documento.

(N. 11)

(25 giugno 1594)

In nomine domini amen. Cum sit quod vigore instrumenti fieri rogati per me notarium infrascriptum anno de 1589 die sexta martii, et celebrati inter magnificum dominum Petrum Spinulam q. d. Pauli, et rev. dominum patrem fr. Albertum Fiorentiolam, Ord. Praed. s. Dominici, inquisitorem generalem in praesenti civitate Genuae, et qui intervenit super bailia ei data per multum rev. dominum, fr. Vincentium de Montesanto, provincialem provinciae Lombardiae, et ad praesentiam multum rev. domini, fr. Nicolai de Podestate, unici ex rev. dominis fratribus Ord. Praed. s. Dominici, ut ecclesia s. Iacobi de Corneliano continetur sub prioratu et in eo perseverent rev. domini fratres, etiam cum celebratione officiorum divinatorum et missarum, in omnibus ut in dicto instrumento continetur, inter eos deventum fuerit ad promissiones et alia quae in dicto

instrumento continentur; quod fuit per dictum multum rev. dominum, patrem, fr. Vincentium de Montesanto provincialem praedictum approbatum et confirmatum, vigore instrumenti fieri rogati per me dictum notarium dicto anno de 1589 die 17 martii, et idem dominus Petrus in eodem instrumento se obligaverit quolibet anno in perpetuum solvere, ex causa charitatis, libras quadringentas monetae Genuae illis rev. dominis fratribus religiosis qui annuatim permanebunt ad curam et administrationem dictae ecclesiae et ea quae in dicto instrumento conventa fuere observabunt, et in omnibus ut in dicto instrumento continetur, cui debita referendo relatio habeatur :

Hinc est quod volentes dictus magnificus dominus Petrus Spinula parte ex una, et rev. dominus pater fr. Albertus de Arquata, prior dictae ecclesiae et fratrum s. Iacobi de Corniliano, et cum eo rev. dominus, pater, fr. Vincentius de Garexio, subprior, rev. d. pater fr. Aurelius de Monte alto, rev. d. pater fr. Thomas de Seriana lector, et rev. d. pater fr. Rénatus de Braida, fratres dictae ecclesiae et in capitulo vocem habentes convocati et capitulariter congregati sono campanae more solito pro infrascriptis peragendis, et nullus alius abest praeter rev. d. pater fr. Seraphinus de Ragusia, sextus frater et sacerdos assignatus dictae ecclesiae, qui abest a praesenti civitate, parte ex altera, a dicto instrumento quo ad obligationem factam per dictum magnificum Petrum versus dictos rev. dominum priorem et fratres dictae ecclesiae s. Iacobi de eis solvendo dictas annuas libras quadringentas recedere, et loco dictarum annuarum librarum quadringentarum devenire ad ampliandum redditum ipsum in annuis libris quadringentis viginti quinque, et pro eis assignare in praesenti dominio Genuensi tot census ac redditus pro ipsis annuis libris quadringentis viginti quinque, et ulterius expendere de propriis pecuniis libras mille monetae Genuae ad minus in fabricando conventu dicti monasterii Corniliani, cum presertim sit dictus conventus quasi inhabitabilis et fratres saepissime ob malam mansionem adversa valetudine capiuntur, et hoc ideo eundem magnificum dominum Petrum, suaeque bona et haeredes a dicta obligatione solutionis dictarum annuarum librarum quadringentarum liberare, cum maxime augmentum istud a dictis annuis libris quadringentis usque in dictis

annuis libris quadringentis viginti quinque cum fabrica praedicta sit in evidentem utilitatem dictae ecclesiae, et pro ut praedicti rev. dominus prior et fratres sic verum esse affirmant et confitentur :

Ideo praedicti rev. dominus prior et fratres sponte etc., attenta dicta assignatione dictae ecclesiae... rev. domino priori et fratribus illis qui pro tempore fuerint, facienda per eundem dominum Petrum de dictis censibus seu redditibus annuarum librarum quadringentarum viginti quinque monetae Genuae et dicta fabrica facienda, eundem dominum Petrum praesentem et acceptantem pro se, suisque haeredibus et successoribus quibuscumque, similiterque et sua et eorum bona mobilia et immobilia, iura, rationes et actiones, stipulante me notario, a dicta obligatione solutionis dictarum annuarum librarum quadringentarum facta in dicto instrumento, manu mea dicti notarii dicta die sexta martii anni de 1589, et ab illorum solutione quit-taverunt, liberaverunt et absolverunt, ac quittant, liberant et absol-vunt, omnemque obligationem pro eis eidem domino Petro praesenti et ut supra stipulanti remiserunt et remittunt, ita quod dictus do-minus Petrus, sui que haeredes et successores et bona omnino a solutione et ab obligatione solutionis dictarum annuarum librarum quadringentarum absolutus et liberatus remaneat, perinde ac si idem dominus Petrus nec se, nec sua bona, nec suos haeredes unquam obligasset, nec dicta obligatio unquam facta fuisset.

Versa vice dictus dominus Petrus loco dictarum annuarum libra-rum quadringentarum dictae ecclesiae s. Iacobi de Corniliano praedicto rev. domino priori et fratribus illis praesentibus et acceptantibus, etiam nomine et vice quorumcumque priorum et fra-trum qui in curam et in officiendo dictam ecclesiam quocumque tempore eis succedent, stipulante etiam me notario, assignavit et assignat, dedit, cessit, tradidit et mandavit etc. annuum perpetuum censum et redditum annuarum librarum quadringentarum viginti quinque monetae Genuae, ex censibus in maiori summa debitis per Ioannem Puppum de Vulturo ipsi domino Petro, vigore duorum instrumentorum rogatorum per me notarium infrascriptum, alterius anno de 1591 die 28 maii, alterius vero sub die 20 iunii dicti anni 1591, et omnia et singula iura, rationes et actiones etc., quae et quas ipse dominus Petrus habet et sibi competunt etc., tam contra

dictum dominum Ioannem Puppum debitorem praedictum dictorum censum et sua bona etc., quam contra quoscumque alios pro dictis censibus quomodolibet obligatos etc., nihil penitus iuris ex praedictis censibus etc. in se ipsum dominum Petrum retento, sed ea omnia transfert in dictum rev. dominum priorem et fratres modernos dicti conventus s. Iacobi de Corniliano nunc existentes et qui pro tempore fuerint, ita ut in dictis annuis libris quadringentis viginti quinque et iuribus illorum succedant et succedere debeant in universum ius, locum, statum et personam ipsius domini Petri, salvo semper iure luendi, competente venditori praedicto, suisque haeredibus, dictarum annuarum librarum quadringentarum viginti quinque.

Cum declaratione tamen et expressa conventionem inter partes ipsas, quod quatenus census praedictus dictarum annuarum librarum quadringentarum viginti quinque aliquo tempore redimeretur, debeat praetium capitale dicti census solvi in altero ex cartulariis numerati s. Georgii in credito, capite et ratione dictorum rev. domini prioris et fratrum pro tempore dicti conventus et dicti magnifici Petri et post eius vitam primogenito illius, aut alterius cuiuscumque ex suis haeredibus, quem ipse dominus Petrus nominaverit pro dicto praetio erogando in tot aliis censibus et redditibus in credito, capite et ratione dicti domini Petri, cum respondeatur de fructibus et redditibus illi dicto rev. domino priori et fratribus pro tempore dicti conventus, loco dicti census et redditus ut supra assignati, et sic dictis rev. domino priori et fratribus servire debeat, et de dicto capitali non possit in aliam causam disponi; et ulterius dictus magnificus Petrus promittit dictis rev. domino priori et fratribus praesentibus et acceptantibus, et me etiam notario stipulante, statim secuta comprobatione praesentis instrumenti et ad omnem simplicem requisitionem expendere libras mille ad minus monetae Genuae de propriis pecuniis in fabricatione conventus dictae ecclesiae s. Iacobi de Corniliano, ad hoc ut valeant dicti rev. dominus prior et fratres habere comodam habitationem in dicto conventu, et sine periculo sanitatis habitantium respectu mansionum.

Quibus stantibus et praedictis attentis, dicti rev. dominus prior et fratres dicti conventus s. Iacobi de Corniliano praedicta omnia et infrascripta acceptantes, tamquam existentia et cedentia prout existunt

et cedunt in evidentem utilitatem dicti conventus s. Iacobi de Corniliano, denuo ipsi rev. dominus prior et fratres dicti conventus pro se ipsis et quibuscumque eorum successoribus sese obligando, dictam ecclesiam s. Iacobi de Corniliano in prioratu sub provincia Lombardiae manutenere, in ipsa ecclesia s. Iacobi continuo stare et permanere facere promittunt sex sacerdotes a missa et duos conversos, iuxta concertum factum anno de 1582, et in dicto instrumento manu mea dicti notarii memoratum, et dicto anno 1589, salvo iusto impedimento in eorum conscientia, et in dicta ecclesia quolibet die decantare unam missam et in choro collegialiter recitare horas canonicas, prout est solitum fieri in similibus conventibus eorum religionis, salvo iusto impedimento in eorum conscientia.

Item et quolibet die celebrare missam unam humilem pro anima eiusdem magnifici domini Petri, et pro eodem m. d. Petro eiusque patre et suis successoribus dominum Deum nostrum exorare, et haec in capella existente in dicta ecclesia s. Iacobi de Corniliano, nuncupata nunc « la Annunziata », quae prius erat q. magnifici Christophori Pallavicini, et exinde magnificae Minettae eius filiae et haeredis, et ultimo loco magnificorum Christophori et Aurelii Tagliacarne, filiorum et haeredum dictae magnificae Minettae, quam capellam dicti rev. dominus prior et fratres renunciaverunt et renuntiant dicto magnifico Petro praesenti et acceptanti pro se, haeredibus et successoribus; maxime attento consensu habito, ut dicunt dicti rev. dominus prior et fratres, a dictis dominis Christophoro et Aurelio, una cum iure honorifico dictae capellae; et quam capellam dicti rev. dominus prior et fratres promittunt dicto m. d. Petro, praesenti et acceptanti pro se, suisque haeredibus, stipulante etiam me notario, defendere et manutenere ab omni et quacumque persona, et in casu evictionis dictae capellae reddere, solvere et restituere dicto domino Petro, suisque haeredibus dictas libras mille, expendendas in fabrica dicti conventus, seu id quod etiam ultra dictam summam expendet, nec non et promittunt ipsi rev. dominus prior et fratres in quolibet primo die cuiuslibet mensis canere missam unam magnam a mortuis, et quando in dicto die adesset aliquod impedimentum, missam ipsam canere in alio die eiusdem mensis, ita quod in quolibet mense missa una in cantu celebretur, ultra illam missam celebrari promissam in

concertu facto cum nunc q. magnifico Stephano Spinula q. d. Ambrosii; et quotiescumque congregatio rev. d. d. fratrum Ord. Praed. s. Dominici noluerit in conventis superius, et in aliis quae continentur instrumento manu mea dicti notarii dicta die 6 martii anni de 1589 continuare et ea observare, relaxare debeant, prout promittunt, dictam ecclesiam ad liberam dispositionem suae Sanctitatis, et relinquendo dictam ecclesiam, cives villificantes in dicta villa Corniliani teneantur et obligati sint solvere praedictae religioni omne id quod legitime apparebit de pecuniis dictae religionis fuisse solutum pro reparatione et fabrica ecclesiae praedictae et illius conventus, quia sic etc.

Acto pacto, quod quotiescumque dicti rev. dominus prior et fratres deficerent in observandis ab eis promissis et aliquo eorum, et tam expressis in praesenti instrumento quam in instrumento praedicto anni de 1589 per menses duos continuos, salvo iusto impedimento eorum conscientiae, possit et valeat dictus magnificus Petrus seu eius haeredes et successores post eius vitam, a se ipsis et pro se ipsis exigere dictas libras quadringentas viginti quinque pro illo anno, et illas pro se ipsis retinere tamquam proprias, et sic successive de anno in annum semper et quando per dictos rev. dominum priorem et fratres praedicta non observarentur per menses duos continuos, salvo iusto impedimento in eorum conscientia, quia sic etc.

Acto tamen et expresse convento quod praesenti instrumentō et contentis in ipso locus sit, si et quatenus intra menses quatuor proxime venturos instrumentum ipsum et contenta in eo confirmentur et approbentur per rev. num. generalem dicti Ord. Praed. in valida iuris forma, seu eo interim decedente per eius rev. dominum vicarium generalem, et quod ipse annuus census dictarum annuarum librarum quadringentarum viginti quinque nullo modo currat nec currere debeat ad beneficium dictorum rev. domini prioris et fratrum, nisi secuta dicta confirmatione et approbatione, quia sic inter partes convenitur mutua hinc inde interventa stipulatione. Renunciantes etc. Quae omnia etc. Sub poena dupli etc. Ratis etc. Et proinde etc. De quibus omnibus etc. per me Io. Franciscum Valletarium notarium.

Actum extra muros Genuae, in villa Corniliani, in choro dictae ecclesiae, anno a nativitate Domini MDLXXXIV, indictione sexta secundum etc., die sabati, xxv iunii, in vesperis, praesentibus Petro

Salvi Lodisii et Sentino Paraca Petri, testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

